DE

OVIDIO NOVATORE

VOCABULORUM IN METAMORPHOSEON LIBRIS

Imp. de la Soc. de Typ. - Noizette, 8, r. Campagne-Première. Paris.

DE

OVIDIO NOVATORE

VOCABULORUM IN METAMORPHOSEON LIBRIS

THESIN

FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI PROPONEBAT

Jules Eugène

J. FAVRE

IN ORDINE GRAMMATICÆ AGGREGATUS

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, BIBLIOPOLAS

6, VIA DICTA DES SAINTS-PÈRES, 6

1885

Constantius fund

DOCTISSIMO VIRO ET OPTIMO MAGISTRO

E. BENOIST

IN FACULTATE LITTERARUM PARISIENSI

POESEOS LATINÆ PROFESSORI

INSTITUTI GALLICI SOCIO

REVERENTIS ET GRATI ANIMI PIGNUS

D. D. D.

J. FAVRE

INDEX

LIBRORUM ET OPUSCULORUM EX QUIBUS
IN USUM MEUM DETRAXI.

1° Drægeri *historiche Syntax der lat. Sprache*, Lipsiæ, 1874–77.

2° Kühneri *Ausführliche Grammatik der lat. Sprache*, Hannover, 1877–79.

3° MUNRO. *Commentarius de Lucretio*, 1860, 1866, 1873.

4° Holtze, *Syntaxis Lucretianæ lineamenta*, Halle, 1861.

5° Caroli Lachmanni *in T. Lucretii Cari de rerum natura libros commentarius*, Berolini, 1865.

6° *Catulli carmina* (vertit in gallicum sermonem E. Rostand; commentarium edidit Benoistus). Parisiis, 1882.

7° *De Catulli, Tibulli, Propertii vocibus singularibus*, Franciscus Teuffel, Friburgi, 1872.

8° Classicus *Vergilii commentarius* a Benoisto datus, Parisiis, Hachette.

9° Q. Horatius Flaccus, *ex recensione et cum notis atque* emendationibus Richardi Bentleii, editio tertia, Berolini, 1870.

10° *Albii Tibulli carmina, libri tres cum libro quarto Sulpiciæ et aliorum* Chr. G. Heynii editio quarta nunc aucta notis et observationibus, Ern. Car. Frid. Wunderlichii, Lipsiæ, 1817.

11° *Sexti Aurelii Elegiarum libri quatuor* colligebat Nicolaus Eligius Lemaire, Parisiis, 1832.

12° *P. Ovidius Naso;* recensuit Otto Korn. Tomus II, Met. libri XV, Berolini, 1880.

13° *De Horatio verborum inventore*, A. Rothmaler, Berolini, 1880.

14° *De sermonis Ovidiani proprietatibus, quales in Metamorphoseon libris perspiciuntur*, L. Scheibe, 1880.

DE

OVIDIO NOVATORE

VOCABULORUM

IN METAMOPHOSEON LIBRIS

PROOEMIUM

Hanc curam mihi suscipiendam proposui, ut vocabula, quæ ab Ovidio in Metamorphoseon libris novata esse viderentur, recollecta ac disposita enarrarem. Majorem quidem intellexi rem futuram fuisse, si quæ fuisset Ovidiani sermonis propria ars et ratio exponere conatus essem. Ceterum Ovidius Vergilii magistri vestigiis ingressus est, et, quamvis sæpe Lucretium imitetur, tamen, quod ad elocutionem sermonisque structuram attinet, clarissimi illius dicendi artificis linguam, venustam scilicet elegantem et nitidam, naturaque ipsa poeticæ amplificationi omnino aptam, suo ingenio

accommodavit. Pleraque autem de Vergilio dicenda enucleata sunt ut vix videam quid addi possit, quod ad Ovidium discipulum Vergilii, saltem in summa, pertineat.

Equidem ad Metamorphoses potissimum me contuli, non ad totum Ovidii opus, quia in libro illo vocabulorum novorum Ovidius abundantissimus exstitit, in Fastis contra parcior, in elegiis parum studiosus, denique in novem libris quos Thomis scripsit omnino sterilis. Quid quod Metamorphoses nostrarum scholarum discipulis commentandæ jure proponuntur. Hanc igitur disputationem, etsi ne majoris laboris quam ponderis esse videatur timeam, non inutilem spero fore ad orationem Ovidii in libro celebri recte explicandam.

Quæ quum ita sint, quæram de omnibus vocabulis quæ Ovidius aut solus aut primus usurpavit, sintne ex ipsius officina repetenda necne. Fateor quidem in tali materia qualem tractavi nihil fere statui posse quod ab omni parte certum esse videatur [1]. Atta-

1. Aliquot vocabula, quæ a legente ut enumerem veniam peto, ab Ovidio aut solo aut primo adhibita sunt. Attamen credere non dubito ea jam in usu fuisse, sed in scriptorum sermonem nondum inducta : *genualia* (genu) X, 593 ; *papilio*, XV, 374 ; (Martialis postea XII, 61, 6, auctore Ovidio, Columella IX, 14 ; XI, 8, 9, et Plinius major XI, 65, 100, illud vocabulum usurpaverunt, cui neque apud poetas neque apud prosæ orationis scriptores ante Ovidium data erat civitas); *ramalia* (ramus) VIII, 644. *Ramale vetus* invenitur apud Persium, I, 97.

men spero me non nimis imprudenter (verbis absit superbia!) rem quam aggressus sum perspecturum.

Neminem fugit quam severæ omni tempore fuerint versus heroi leges. Itaque poetis latinis semper et merito « nova rerum nomina proferre », ut ait Horatius, atque ita sermonem patrium ditare licuit. Præsertim Augustea ætate facultas illa poetis large concessa est. Tunc enim aut poesis genera a veteribus accepta excoluerunt aut omnino nova primum tractaverunt. Necesse igitur erat, quum res minus vulgares docendi essent Romani, poetis vocabulorum novorum fingendorum jus tribueretur. Præterea tempore illo quo Romanis cum Græcis litterarum commercium erat et plerique nobiles litteris imbuti græcam linguam exercebant, oportebat poetæ, quos a vero fonte poeticarum fictionum haurire juvabat, sese omni Græcorum doctrina et humanitate informarent ideoque in sermonem suum multa quæ græcum saperent inducere summa ope niterentur[1]. Quæ prius suffecerat vocabulorum copiam no-

1. Cf. Fenelonem, Lettre a l'Académie, *Projet d'enrichir la langue* : «... Les Latins, quoique moins libres en ce genre (la composition des mots), avaient un peu imité les Grecs, *Lanifica Malesuada, Pomifer, etc.* Cette composition servait à abréger et à faciliter la magnificence des vers. »

vando auxerunt Lucretius, Catullus, Vergilius, Horatius, Tibullus, Propertius, Ovidius. Lucretius enim Romanos doctrinæ atque orationis philosophæ ignaros vocabulis innumeris donavit quæ ad notiones omnino novas explicandas apta erant. Lucretius et Catullus, ut ita dicam, fines obtinent qui priorem ab aurea poesis latinæ ætate dividunt, ille tamen multo similior veteribus, hic Vergilio, Tibullo, Propertio et Ovidio. Lucretius in novando licentior exstitit. Ob argumenti quod tractavit asperitatem et nimiam jejunitatem, multa vocabula produxit quæ fatendum est poesi sæpius repugnare. Catullus vero, quanquam multo parcior, satis superque audacem sese in galliambis præstitit, quum raro hexametro versu usus sit. Vergilius autem, sub quo quasi sub principe poesis ad consummatam elegantiam pervenerat, a prioribus romanis poetis, ab Ennio præsertim Lucretioque, licet caute, potius vocabula quædam aut assumpsit, aut ipse ad latinorum poetarum veterum exemplum formavit, quam a græco fonte detorsit. Qui quidem in linguam latinam græcæ syntaxis constructiones quam vocabula ipsa græca inducere maluit. Tibullus vero, elegans ille poeta, rarius artis fines transilire ausus est. Dici potest illum paucissima vocabula novasse, ut apparebit ex

iis quæ infra commemorabimus perpaucis scilicet ac levibus. Propertius vero audax fuit, sed tamen raro [1]. Contra Ovidius, cui, ut ipse ait,

> Quicquid temptabat dicere versus erat,

liberius quam ceteri, Lucretio excepto, et audacissime, vocabula nova fingendi jure usus est. Nam in quindecim libris Metamorphoseon occurrunt multa substantiva, adjectiva nomina, verba quæ ab illo poetarum ingeniosissimo[2], forsitan nimium amatore ingenii sui[3], qui denique nesciret quod bene cessit relinquere[4], aut novata sunt omnino aut primum in poesin inducta.

Hanc thesin in quatuor capita, primum quidem de *substantivo nomine*, alterum, de *adjectivo nomine*, tertium, de *verbo*, quartum denique, brevissimum quidem, de *adverbio*, dividimus. Quantum vero in novandis vocabulis Ovidius a ceteris aut prioris aut suæ ætatis poetis discesserit quo melius perspiceretur, ceteros pares ætate aut

1. Vide infra, pp. 50, 51, Propertius enim ante Ovidium satis multa propria nomina a græco sermone assumpta adhibuit, modo condendi versus causa, modo sola Græcos imitandi cupidine impulsus.
2. Sen. Quæst. III, 27, 12.
3. Quint. X, 1, 88.
4. Sen. Controv. IV, 28.

priores poetas cum eo comparandos curavimus. Quod opus ut perficeremus, Lucretium, Catullum, Vergilium, Horatium, Tibullum, Propertium excutere et perlegere necesse fuit. Utinam ne tantus labor in tenui re impensus fuisse videatur!

CAPUT PRIMUM

DE SUBSTANTIVO NOMINE

I

In hoc primo capite substantiva nomina in-*tor* exeuntia enumerabimus. Occurrunt hæc quatuor quæ quidem nusquam alibi nisi apud Ovidium inveniuntur :

POSITOR. Mœnia constituis *positoris* habentia nomen. IX, 450.

Cf. * REPOSTOR[1]. Templorum positor, templorum sancte *repostor*. Fast. II, 63.

Hic Noster sententiis verbisque inter se contrariis ludit.

SUPERATOR. Gorgonis anguicomæ Perseus *superator*. IV, 699.

1. Notabo asterico omnia vocabula quæ Ovidio, Lucretio, Vergilio et ceteris poetis, quæ Nostro comparo, propria ac peculiaria esse arbitror.

Cf. Fast. I, 641. Cf. fem. *superatrix*, Fabrett. Inscr. 383, 209.

Orbator. Exitium Trojæ nostrique *orbator*, Achilles. XIII, 500.

Cf. fem. *orbatrix*. Dracont. hexaëm. III, 325.

Spretor. Spretor erat (deorum) mentisque ferox Ixione natus. VIII, 613.

Afferam etiam in Amoribus *Vulgator*, III, 7, 51; *Commentor*, Fast. III, 785.

Vocabula illa adamussim incusa sunt : primo ex verborum supinis derivantur [1]; deinde, ut apud classicos scriptores fieri solet, duo priora transitoriam actionem, tertium vero et quartum qualitatem subjecto inhærentem designant. Miletus enim quasi in transitu in Aside terra urbis mœnia posuit. Item Perseus semel Medusam superavit. Achillem autem Hecuba suæ gentis interfectorem jure vocat: etenim non semel, sed sæpius eam suis liberis singulis Achilles orbavit. Itaque omnes, vel

1. Multa alia vocabula in-*tor* desinentia, quamvis non ex verborum supinis oriantur, tamen apud probabiles scriptores frequentius reperies. Exempla hæc afferam poetarum qui ante Ovidium vixerunt aut ejus æquales fuerunt, sed natu majores : *Litterator*, Cat. XIV, 9; *frondator*, Verg. B. I, 56; Ov. Met. XIV, 649; *viator*, Verg. A. V, 275; *Viare* est verbum quod posterius creatum est; *vinitor*, Verg. G. II, 417; *scortator*, Hor. S. II, 5, 75; *janitor*, Tib. I, 1, 56; Prop. IV, 5, 47; *olitor*, Hor. Epl. I, 18, 36.

nomine Achillis omisso, virum agnoscent, si quis tantummodo dicet « *Hecubæ liberorum orbator* ». Pirithoum denique deorum imperia spernere solitum esse constat.

Ovidius, in Metamorphosesin, hæc vocabula in-*tor* adhibuit, quæ quidem transitoriam actionem significant :

HORTAROR. Animorum hortator Epopeus. III, 619.

Epopeus semel ad prœlium nautas hortatur; sed non eos hortari solet. Ulysses contra Græcos ad scelera hortari solebat. Met. XIII, 45.

IMITATOR. Remulus maturior annis
Fulmineo periit, *imitator* fulminis, ictu. XIV, 618.

Remulus semel, periculi imminentis inscius, fulmen imitatus est.

MODERATOR. *Moderator* harundinis. VIII, 856.

Neptunus, Mitræ, Erisichthonis filiæ, prece victus, ei vultum virilem et cultus aptos piscatoribus induit. Forma novata, facta est Mitra juvenis piscator aut *moderator* harundinis.

MOLITOR. Primæ ratis *molitor* Iason. VIII, 302.

Cf. supra ea quæ diximus de *positore* et *superatore* vocabulis [1].

Sæpius vero Ovidius vocabula in-*tor* usurpat, quæ quidem qualitatem subjecto inhærentem designant : *admonitor*, IV, 664; *bellator*, XV, 368; *consitor*, IV, 14; *contemptor*, III, 514; IX, 240; XI, 7; XII, 170; XIII, 761; *cultor* (passim); *ductor*, XII, 572; *fabricator*, I, 157; *jaculator*, XII, 350; *latrator*, IX, 690; *messor* [2], XIV, 643; *moderator*, IV, 245; VII, 561; *piscator*, XIV, 651; *populator*, XII, 593, XIII, 655; *portitor*, X, 73; *prædator*, XII, 306; *progenitor*, XI, 319; *putator*, XIV, 649; *servator*, IV, 737; *simulator*, XI, 634; *vastator*, IX, 192 [3].

Nunc afferamus ea vocabula in-*tor* quæ non minus libere adhibentur quam in gallico sermone

1. Cf. Verg. *fabricator*, A. II, 264; **monstrator*, G. I, 19; *vitisator*, A. VII, 179.

Cf. Hor. *captator*, S. II, 5, 57; *cognitor*, S. II, 5, 38; *corrector*, Epl. I, 15, 37; II, 1, 129; *repertor*, A. poet. 278.

Cf. Tib. *conditor*, IV, 1, 4; *consitor*, II, 3, 63; **domator*, IV, 1, 116; **solator*, I, 111, 15.

Cf. Prop. *cælator*, IV, 2, 61; **memorator*, III, 1, 33; *speculator*; II, 29, 31.

2. Vocabula in-*sor* æque ac vocabula in-*tor* finita ejusdem ordinis sunt.

3. Taceo nonnulla vocabula in-*tor* desinentia quæ usitatissima sunt quum in poesi tum in prosa oratione : *arator*, *genitor*, *orator*, *raptor*, *rector*, *spectator*, *successor*, *ultor*, *victor*, et hæc duo in-*trix* : *ultrix*, *victrix*.

vocabula nostra in -*teur*: nisi plura exempla ejus modi vocabulorum apud Horatium, vel apud Vergilium, purissimum dicendi magistrum, occurrant, dicere non dubitem jam apud Ovidium libentius iis vocabulis cum certo illo sensu qui non verus

Cf. Lr. *cursor*, II, 78; * *excesor*, IV, 221; VI, 927; *inventor*, III, 9; *pacator*, VI, 48; *sator*, II, 1169.

Cf. Cat. **irrumator*, X, 12; *sessor*, XXXVII, 8; * *conjugator*, LXI, 45; *fossor*, XXII, 10.

Cf. Verg. *agitator*, G. I. 273; A. II, 476; *bellator*, G. II, 145; *Conditor*, A. 8, 313; *contemptor*, A. VII, 648; A. VIII, 7; *Cultor*, A. VIII, 3; G. I, 14; A. XI, 788; A. II, 700; IX, 721; X, 891; XI, 89; * *debellator*, VII, 651; *desertor*, A. XII, 15; *domitor*, A. VII, 189, 651; IX, 523; XII, 550; *ductor* (passim), *fictor*, A. IX, 602; *fossor*, G. II, 204; *frondator*, Verg. B. I, 56; * *fundator*, A. VII, 678; *generator*, A. III, 704; *genitor* (passim); *gubernator*, A. III, 269; V. 12; VI, 337; *hortator*, A. VI, 529; *inventor*, A. II, 164; *janitor*, A. VI, 400; **latrator*, A. VIII, 698; *messor*, G. 1, 316; *portitor*, *A*. VI, 298; G. IV, 502; *possessor*, B. IX, 3; *putator*, G. II, 28; *quæsitor*, A. VI, 432; *regnator* (passim); *repertor*, A. VII, 772; XII, 829; *sator*, A. I,254; II, 725; **vastator*, A. IX, 772; *vector*, B. 4, 38; *venator*, A. II,678; XIV, 751; *viator*, G. IV, 97; A. V, 275; *vinitor*, C.II, 417.

Cf. Hor., *cantor* passim; *castigator*, A. poet. 174; *cessator* S. II, 7, 100; *consultor*, S. I, 1, 10; *convictor*, S. I, 6, 47; IV, 96; *convivator*, S. II, 8, 26; * *dilator*, A. poet. 72; *designator*, Epl. 1, 7, 6; *domitor*, Epl. I, 2, 19; *ductor*, C. III, 3, 66; IV, 6, 25; *fautor* passim; *fenerator*, Epl. 2, 67; *insidiator*, S. II, 5, 26; *institor*, C. III, 6, 30; Epl. 17, 20; *inventor*, S. I, 10, 48; *olitor*, Epl. I, 18, 36; *percontator*, A., poet. 336; *petitor*, C. I, 21, 14; *piscator*, S. II, 3, 227; *possessor*, Epl. 1, 2, 40; *proditor*, C. I, 19, 21; *provisor*, A. poet. 164; *sessor*, Epl. II, 100; *sponsor*, S. II, 6, 23; *sutor*, passim; *tonsor* passim; *vindemiator*, S. I, 7, 30.

Cf. Tib., *cultor*, IV, 2, 18; * *domator*, IV, 1, 116; *moderator*, IV. 1, 115; *prædator*, II, 3, 41.

Cf. Prop., *cantor*, II, 22, 19; *fautor*, III, 9, 57; *insitor*, IV, 2, 17; *institor*, IV, 2, 38; *janitor*, IV, 5, 47; *memorator*, III, 1, 33; *sator*, IV, 2, 55.

est utentem linguam latinam concidere cœpisse : *defensor*, XIII, 274 ; cf. Verg. A. II, 251 ; *dissimulator*, V, 61 ; *mirator*, IV, 641. Cf. Prop. II, 13, 9. Plura apud Horatium leguntur : *corruptor*, S. II, 7, 63 ; *creditor*, S. II, 3, 65 ; *curator*, Epl. I, 102 ; *debitor*, S. I, 3, 86 ; *derisor*, S. II, 6, 54 ; Epl. I, 18, 1 ; A. Poet. 433 ; (cf. *irrisor*, Prop. I, 9, 1 ;) *dilator*, A. poet. 172 ; *dissimulator*, Epl. I, 9, 9 ; *emptor*, Carm. III, 6, 32 ; Sat. II, 5, 109 ; Epl. II, 2, 167 ; *imitator*, A. 134 ; *laudator*, A. poet. 173, 433 ; *mirator*, S. I, 2, 36 ; *monitor*, Epl. I, 20, 14 ; II, 2, 154 ; A. poet. 163 ; *plausor*, Epl. II, 130 ; *potor*, C. II. 20, 20 ; S. II, 4, 59 ; Epl. I, 18, 91 ; *recitator*, A. poet. 474 ; *responsor*, Epl. I, 16, 43 ; *risor*, A. 225 ; *scortator*, S. II, 5, 75 ; *tentator*, C. III, 4, 71. Jam apud Vergilium invenis : *dator*, A. I, 734 ; *explorator*, A. II, 512 ; *lector*, B. 3, 85. Cf. *lectores*, Cat. 1^b, p. 4, v. 2.[1] *Lector* est apud classicos scriptores « homo cujus præcipua cura est legere, non qui ad arbitrium et libros quibus delectari potest legit ». Cf. (*litterator*, Cat.) XIV, 9 ; Verg. *pugnator*, A. XI, 680. In Lucretio, IV, 1173 ; Horatio, (passim) ; Tibullo denique, I, 5, 47 ; I, 8, 29, reperies *amator*. Attamen Tibullus frequentius

1. Vide Catulli editionem a Benoisto et Rollando allatam.

amans usurpat : I, 5, 25, 58; 7, 95; 8, 61, 71; II, 4, 39; III, 6, 49, 14, 6, 7. Afferam etiam hoc Catulli vocabulum *decoctor*, XLI, 4; XXIII, 5; id est, is qui suum bonum aut alienum sibi creditum decoquit. Cf. Cic. Philipp. II, 18, 44.

Ut facile apparet ex exemplis illis paucis, Ovidius in nominibus substantivis hujus generis adhibendis prioribus poetis cautior exstitit.

II

Sunt in Metamorphoseon libro duo substantiva in-*trix* desinentia, quæ invenit Noster :

* JACULATRIX. Pallada nonne vides *jaculatricemque* Dianam? V, 375. Cf. Fast. II, 155; Epist. XX, 229.

* NOVATRIX..... rerumque *novatrix*
Ex aliis alias reparat natura figuras. XV, 252.

Cf. Lr. I, 628 :

Denique ni minimas in partis cuncta resolvi
Cogere consuesset rerum natura *creatrix*.

Ovidius ex masculino *jaculator* (Met. XII, 350; Hor. C. III, 4, 55) femininum *jaculatricem* bene deduxit. *Novatrix* autem ex masculino *novator* non-

dum cognito conjecit. Posterius tantummodo incusum est; invenitur enim primum apud Ausonium ep. XVI, 32 et Gellium I, 15, 18. Ceteri poetæ a Lucretio usque ad Propertium rarius vocabula in-*trix* finita usurparunt, præter Vergilium et Ovidium. Apud Vergilium occurrunt *altrix* A. III, 273; cf. Hor. C. III, 4, 40; Ov. Met. IV, 293; *bellatrix* A. I, 493, VII, 805; Ov. VIII, 264, adhibitum pro adjectivo; *creatrix* A. VI, 367; VIII, 534); *cultrix* A. III, 111; XI, 557; * *domitrix* G. III, 44; *genetrix* passim: cf. Lr. I, 630; II, 1117; V, 1361; Met. I,757; *inventrix* G. I, 19; *nutrix* A. V, 645; VII, 1; Lr. V, 231; Ov. passim; * *venatrix* A. I, 319; cf. Met. II, 492. Addi possunt in Metamorphosesin *adjutrix* VII, 195; *contemptrix* I, 161; *fautrix* III, 101.

III

Nunc ad substantiva nomina veniamus in-*men* exeuntia. Multa substantiva nomina in-*men* ex verbis primæ potissimun conjugationis, ut videtur, derivata, pro substantivis in-*mentum* ab Ovidio creata sunt. Exemplum in primis Lucretii imitatus, apud quem occurrunt * *augmen* (augeo)

I, 435; II, 73; in plur. II, 188; V, 679; (cf. *augmentum* (augeo) Varr. LL. V, 112; Arnob. VII, 25); cf. Ov. Met. VIII, 366; X, 390; XV, 224; III, 60; * *clinamen*, (clino) II, 292; * *conamen*, (conor) VI, 837, 826, 1040; *conamentum*, Plin. XIX, 27) * *documen* (doceo), VI, 936; (apud. Hor. *documentum* (doceo), S. 1,410;) * *duramen* (duro), VI, 530; (cf. Val. Max. *duramentum*, II, 7, 10;* *foramen* (passim) * *glomeramen*, II, 686, 454; *molimen*, XIV, 903; (cf. *molimentum*, Cæs. de b. gal. I, 34, 3); * *momen*, II, 220; III, 145, 189, 190; VI, 474; (cf. *momentum*, sæpius adhibitum, jam Cæsaris ætate;) * *frustramen*, IV, 814; * *lateramen*, VI, 233; * *regimen* III, 95; * *vallamen*, IV, 589; * *vermina* (vertere), V. 995; * *vexamen*, V. 341; * *vocamen*, II, 657[1]. Ovidius hæc adhibet quæ ipsi propria sunt :

* CÆLAMEN (cælo). Neque enim clipei *cœlamina* novit. XIII, 291[2].

* CURVAMEN (curvo). Medio lentæ spinæ *curvamine* fixus, III, 66; cf. etiam Met. II, 130; III, 672; VI, 64; VII, 227; VIII, 194; IX, 451; XI, 590; XII, 95[3].

1. Taceo *fragmen* usitatissimum pro *fragmentum*, *numen*, *stamen* et cetera hujus modi. — Invenies apud Lucretium : *adjumentum*, VI, 1032, *emolumentum*, V, 167, *formamentum* II, 819.

2. Cf. Apul. Met. V, 1.

3. Cf. Plin. Epist. IX. 7, 4; Sil. XIII, 29; Gell. XIV, I, 10.

* Firmamen (firmo). Porrigitur radix, longi *firmamina* trunci. X, 491.

Imitamen (imitor). Ætatis peragentem *imitamina* nostræ. XV, 200; cf. IV, 445; XI, 626, et Fast. IV, 211.
Somnia quæ veras æquent *imitamine* formas, XI, 626.

Irritamen (irrito)... raptæ velut *irritamen* amoris. IX, 134; cf. XIII, 434.
Cum sua terribili petit *irritamina* cornu XII, 103[1].

Moderamen (moderor). Sceptra loci rerumque capit *moderamen* Erectheus. VI, 677; cf. II, 48, 67; XIII, 362; XV, 726.
..... aliquis *moderamina* dixi. III, 644.

* Nutrimen (nutrio). Naturæque suum *nutrimen* deerit edaci. XV, 354.

Oblectamina (oblecto)... quos *oblectamina* nato. IX, 343[2].

Oblenimina (oblenio)... hominum *oblenimina* sortes. XI, 412.

Purgamina (purgo). Sumit ab Hæmonio *purgamina* cædis Acasto. XI, 409; cf. XV, 327, et Fast. VI, 713[3].

Remoramina (remoror)... *remoraminaque* ipsa nocebant, III, 567.

Renovamen... et in hoc *renovamine* mansit. VIII, 729.

Respiramen..... et *respiramen* iterque
Eripiunt animæ. XII, 142.
Vitalesque vias et *respiramina* clausit. II, 828.

Revocamina... ait, *revocamina*, corvus. II, 586; cf. Fast. I, 561.

1. Cf. Prud. Ham. 523.
2. Cf. Stat. Silv. III. V, 95.
3. Cf. Prud. Cath. VII, 80.

SIMULAMINA. Annua plangoris peraget *simulamina* nostri X, 727.

TEMPTAMEN... Jam nunc *temptaminis* hujus. XIII, 19[1]; cf. VII, 734.

Illis hæc tria addam : * *fulcimen*, Fast. VI, 269; * *piamen* Fast. II, 19, 32; * *suffimen*, Fast. IV, 731, 733.

Vocabula illa in-*men* desinentia ab Ovidio, exemplo antiquiorum formarum, incusa sunt. Plenior autem forma in-*mentum* apud classicos poetas invenitur. Itaque sæpius a prosæ orationis scriptoribus adhibetur. Dici potest vocabula in-*men* et in-*mentum* exeuntia eumdem sensum habere[2]. Pleraque enim duplici illa forma occurrunt. Sic invenis apud Ovidium ipsum *irritamen*, IX, 134, simul atque *irritamentum*, I, 140; *temptamina*, XIII, 19 et *temptamenta*, VII, 728; XV, 629; apud Ovidium *firmamen*, X, 491; *nutrimen*, XV, 354; *oblectamina*, IX, 343; *purgamen*, XI, 409; apud Cæsarem vero, b. c. II, 15, 2, et apud

1. Vocabula in-*men* exeuntia jure dicuntur *substantiva nomina abstracta*. Attamen nonnulla tempore concretum sensum assumpserunt. Notavi asterico vocabula in-*men* sensu concreto adhibita.

2. « *Mentum*, id est *men-tum*, est duplex forma participialis. * Men = gr. * μενος scr. manas (forme moyenne) * tum = gr. * * το scr. * ta (forme passive). » H. Gœlzer, Etude lexicographique et grammaticale de la latinité de saint Jérôme.

Lucretium, II, 819, *firmamentum;* apud Vergilium, A. I, 176, *nutrimentum* [1], apud Ciceronem (passim) *oblectamenta;* apud Livium, I, 56, *purgamentum.* Attamen hæc alia unam tantummodo formam in-*men* habent: *cælamen, oblenimina, remoramina, renovamine, revocamina.* Restant denique hæc quorum altera forma in-*mentum* aut rarior est aut minus fidei habet, ut *curvamen* (*curvamentum* est *buris,* cf. Verg. G. I, 170, Schol. Bern.); *moderamen* (invenies *moderamentum* apud Th. Prisc. III, 5, fol. 309, 6, et apud Cæl. Aur. Chron. III, 2, 23); *respiramen* (*respiramentum* apud Augustinum, Conf. VII, 7); *simulamen* (*simulamenta,* Gell. XV, 22)[2]. Constat autem Ovidium illa vocabula in-*men* usurpavisse eo præsertim consilio quo melius versus suos conderet. Nam præterquam quod Ovidius illa vocabulorum hujus modi terminatione delectabatur, forma in-*men* re ipsa tractabilior erat. Illis enim usus est aut in singulari numero, nomina-

1. *Imitamentum* posterius incusum est. Tac. Ann. XIV, 57. Cf. C. Paucker (subindenda lex. lat. p. 430, n° 14).

2. Apud Catullum invenies *levamen,* LXIIIb, 21, pro *levamentum* (Cic. passim); *levamen* apud Livium, VI, 35, 1; *tutamen,* LXIV, 326, pro *tutamentum,* Liv. XXI, 61, 10; nihil est de vocabulis hujus generis Tibullo proprii est afferendum. Apud Propertium occurrunt *cantamen,* IV, 4, 51, *ligamina.* II, 29, 15, *ligamen* pro *ligamentum* Tac; Quint. Apud Horatium *lenimen* Carm., I, 32, 15.

tivo, accusativo, ablativo, semel genetivo, aut in plurali, nominativo et accusativo, ut dactyli ipsi suppeterent[1]. Bis formam in-*mentum* adhibuit quia poesi non repugnabat. Etenim *irritamentum* et *temptamentum* in plurali numero occurrunt, sic posita ut cum vocabulo sequente dactylum forment:

Effodiuntur opes, *irritamenta* malorum. I, 140.
Templamenta fide. VII, 728.

Cf. *Amenta* (agimenta), VII, 788; cf. Verg. A. IX, 665. Cf. *blandimenta*, II, 815; *documenta* I, 415; III, 579; *momenta*, IV, 180; X, 376; XI, 285; XV, 185; *monimenta*, I, 159; IV, 161, 550; V, 227; X, 725; XIII, 524; *spiramenta*, XV, 343; *velamenta*, XI, 279.

Satis constat formas substantivorum nominum in-*men* ab Ovidio præcipue esse amatas, primo

1. Cf. *conamine*, VIII, 366; III, 60, XV, 224; *conamina*, X, 390; *foramine*, IV, 30; *foramen*, IV, 123; *foramina*, XII, 44, 438; VI, 697; *fundamine*, XIV, 809; *fundamina*, V, 361, XV, 433; cf. *fundamentum*, Lr. I, 574; V, 1120, in sing.; III, 585, II, 863, IV, 507, in plur.; *gestamina*, I, 457; XIII, 116; XV, 163; *hortamine*, I, 277; *lenimen*, V, 500; (XI, 450; *regimen*, III, 593; XI, 552, (versus necessitati non respondent); (cf. *lenimentum*, Plin. XXV, 59) *ligamina*, XIV, 230; *medicamine* II, 122, IV, 388, VI, 140, VII, 311; *medicamen*, VII, 262; *medicamina*, VII, 116; XIV, 285; (cf. *medicamentum*, Cic. Or, 79) *molimine*, VI, 694, 473; XII, 357; XV, 809; *molimina*, XV, 578 (cf. *molimentum*. Cæs. b. g. I, 34, 3) *munimine*, IV, 773; XIII, 212; *solamen*, XII, 80; *subtemen*, VI, 56; *velamine*, III, 192; XI, 611; *velamina* (passim).

quod poetæ commodiores erant, deinde quia levitate quadam sonandi desinentiam auribus gratissimam habebant. Vergilius primus, artifex ille dicendi, nonnulla vocabula in-*men* aut in-*mentum* creaverat[1]: * *fundamina*, G. IV, 161 et *fundamenta*, I, 428; * *gestamen*, A. VII, 246; *levamen*, A. III, 709; vide supra p. 20, not. 2; * *libamina*, A. VI, 246; cf. *libamenta* (Cic.); * *luctamen*, A. VIII, 89; * *munimen*, G. II, 352; cf. *munimentum*, (Cæs., Cic.); *solamen*, A. X, 859; X, 493; cf. *solamentum*, (Paul Nol. Carm. XVIII, 343); * *stramine*, A. XI, 67; *tutamen*, A. V, 262; cf. *tutamentum*, (Liv. XXI, 61, 10); * *velamen*, A. I, 649; VI, 222; G. III, 313; cf. *velamentum*, (Plaut. Amph. 257); *fermentum*, G. III, 380; *monimentum*, passim; * *rudimenta*, XI, 157; *sarmenta*, G. II, 409; * *spiramenta*, G. IV, 39; A. IX, 580; * *temptamenta*, A. VIII, 144.

IV

Apud Nostrum substantiva nomina in-*tas*, -*itas*,-*ietas* desinentia percrebrescunt. Hæc, apud minores scriptores frequentissima, mirum est ut bene id exprimant quod ad animum pertineat.

1. Asterico notavi substantiva nomina a Vergilio inventa.

Sæpius ab adjectivis derivantur, raro a verbis. Hoc unum, quod singulare esse videtur, *proximitas* (proxim-us; proxim-itas), bis in Metamorphosesin occurrit :

Est mihi *proximitas*, aliena potentior essem? X, 340.
Aut si *proximitas* primusque requiritur heros. XII, 154.

Attamen vocabulum illud jam apud Vitruvium invenitur in libro *de architectura*, viginti fere annis ante Ovidium in exsilium missum edito[1].

Hæc, in prosa oratione frequenter adhibita, nusquam apud poetas nisi apud Ovidium occurrunt, ideoque memoratu digna esse videntur :

CREDULITAS (credulu-s, creduli-tas) : Jam apud Cic.

Aut sua *credulitas* in adunctos egerat hamos. XIII, 934.
Cf. XV, 101.

In hoc alio versu, *Credulitas* pro personæ nomine ponitur, sensu poetæ proprio :

Illic *Credulitas*, illic temerarius Error. XII, 59.

FERTILITAS (fertili-s, fertili-tas) : Jam apud Cæs. et apud Cic.

1. Audacior exstitit Lucretius qui hæc creavit : *differitas* (differo), IV, 638; *maximitas* (maximus; maxim-itas), II, 498; *mutabilitas* (mutabili-s, mutabili-tas), II, 932; *pestilitas* (pestili-s, pestili-tas), VI, 1097, 1124, 1131.

Hosne mihi fructus, hunc *fertilitatis* honorem. II, 285.
Cf. V. 481. Cf. Fast. IV, 202.

* GARRULITAS (garrulu-s, garruli-tas) :

Raucaque *garrulitas*, studiumque immane loquendi.
V. 2, 678.

IGNOBILITAS (ignobili-s, ignobili-tas)[1] :

Res obscura quidem est *ignobilitate* virorum. VI, 319.

Jam apud Cic.

Cf. Lr. II, 11: *nobilitate* contendere.

IMPIETAS. (imp-ietas) :

Impietate pia est..... VIII, 477. Cf. IV, 4.

Jam apud Cic.

Lucretius ter in suo opere *pietas* adhibuit: in nominativo, V. 1197; in accusativo, III, 84; in ablativo, II, 1171[2].

STRENUITAS (strenuu-s, strenui-tas) : Jam apud Varr.

Strenuitas antiqua manet. IX, 320.

1. Quædam vocabula in-*tas*, et in prosa oratione et apud poetas usitatissima tacui, ut *asperitas*, *brevitas*, *egestas*, *gravitas*, *levitas*, *utilitas*, etc...

2. Posteriores scriptores hoc vocabulo usi sunt: Sen. Rhet. Suet., Plin.

Vergilius autem hoc tantummodo creavit :

*CONSANGUINITAS, A. II, 86. Præter nomina substantiva in-*tas* exeuntia quæ usurpari solebant, nullum aliud afferam notatu dignum nisi hoc quod commune habet cum Lucretio : *mobilitas*, A. IV, 175.

Satis est, ut mihi videtur, quod ad illa vocabula attinet, Nostrum cum Lucretio et Vergilio comparasse.

V

Unum nomen in-*tura* exiens ab Ovidio in Metamorphoseon libris inventum est :

CURVATURA. *Curvatura* rotæ, radiorum argenteus ordo. II, 108.

Illud nomen memoratu dignum est, primum quia nomina hoc modo desinentia apud classicos scriptores raro occurrunt, deinde quia sensum abstractum habent. Hic autem *curvatura* sensu concreto usurpatur. Ceterum apud Ovidium semel apparet. Idem vero sæpius adhibet Vitruvius. Ex forma verbi *curvare* (curvatum) æque derivatum est ac vocabulum hoc *armatura*, ex verbo *armare* (arma-

tum). Primus Plinius major satis multa hujus modi nomina substantiva formavit. Lucretius etiam habet hæc propria : *circumcæsura*, III, 219 ; IV, 645; *dispositura*, 1,1027; V, 192 ; *flexura*, IV, 310; *formatura*, IV, 550, absol. 554; *positura*, passim ; *textura*, passim ; cf. Prop. IV, 5, 23. At Vergilius, saltem sensu concreto, hæc adhibet tantummodo: *juncturas*, A. XII, 274; cf. Hom. Ζωστῆρος ὀχῆες : *stricturæ*, A. VIII, 421, id est *massa quæ malleo stringi ac densari potest*. Facile intellegi potest Ovidium, Lucretii in Metamorphosesi discipulum, vocabula quædam, quibus ipsi, ut notiones omnino novas aut nondum in latina poesi expressas explicaret, opus esset, novando audaciorem exstitisse.

VI

Inveniuntur in libro Metamorphoseon tantummodo duo substantiva nomina in-*tudo*, ad prosam orationem aptiora quam ad poeticam, quæ quidem unus inter poetas usurpavit Noster. At animadvertes ea ab Ovidio in ablativo singulari, ut dactyli fierent, adhibita esse.

I. — ADSUETUDO... longaque alit *adsuetudine* flammas. X, 173.

DESUETUDO... Visaque sunt resides et *desuetudine* tardi, XIV, 436.

II. — Inter nomina substantiva in — *tus* desinentia[1], hæc primum ab Ovidio in poesin inducta sunt : (sing.)

ADMONITUS. Sed procul a telo Theseus veniente recessit
Pallados *admonitu* XII, 360;

Quasi scripsisset eum a Pallade admonitum esse. Cf. III, 566; IX, 325; XIV, 465.

DEJECTUS. *Dejectuque* gravi tenues agitantia fumos. I, 571.

Livius vocabulum *dejectus* non, ut Ovidius, ad flumen accommodaverat, quod dejicitur, sed ad arbores quæ dejiciuntur.

IMPULSUS. Sic fera dimotis *impulsu* pectoris undis. IV, 708;

Impulsu = *impellendo pectore.*

OCCURSUS. Stipitis *occursu* fracta ac disjecta fuisset;

Occursu = *occurrendo stipiti.*

1. Lucretius, Catullus Vergilius, Horatius, Tibullus et Propertius habent etiam nomina hujus modi. Sed enumeravi : 1º Nomina nondum apud poetas ante Ovidium occurrentia; 2º Nomina quæ, ut dactyli fiant, in ablativo plurali poeta usurpat.

Positus... Non erat hujus opus lanam mollire *trahendo*
nec *positu* variare comas II, 412;

positu = absol. *ponendo.*

Raptus... Inoo lacerata est altera *raptu.* III, 722;

Id est : altera manus ab Ino aut Inone qui rapit lacerata est .

III. — Hæc in ablativo plurali adhibita sunt :

Adsensus... alii partes *adsensibus* implent, I. 245.

Cf. Vergilium, A. X, 97; habebis idem vocabulum, sed in singulari numero.

Afflatus. Fulmen ab ore venit, frondes *afflatibus* ardent. VIII, 289.

Hortatus. At comites rapidum solidum *hortatibus* agmen. III, 242. Cf. VII, 339.

Jactatus. Excussit pennas : quarum *jactatibus* omnis
Adflata est tellus. VI, 703-704.

* Narratus. Advehar Ortygiam, veniet *narratibus* hora. V, 499.

Paratus. Et veniam dapibus nullisque *paratibus* orant VIII, 683.

Saltatus. Quid non et Satyri, *saltatibus* apta juventus. XIV, 637.

Suspiratus. Respicit hunc vates et *suspiratibus* haustis. XIV, 129.

Quamvis Codex melior M habeat *suspirantibus ausis*, Ottonis Korni, magistri ovidianarum quæstionum peritissimi, lectionem antepono illius codicis interpretationi. Etenim *suspiratibus haustis* sine ullo ingenii conatu intellegitur. *Suspiratibus* est pro *Suspiritibus* frequentius adhibito. Ovidius *suspiratibus* usus est, ut in quinto pede versus dactylum haberet.

Denique afferamus hunc accusativum pluralem substantivi unius nominis in-*tus* finiti quod nobis sensu Ovidio proprio adhibitum esse videtur :

Coitus. Sacra tori *coitusque* novos thalamosque recentes. VII, 709.

Lucretius idem vocabulum, sed in singulari numero et cum alio sensu usurpat :

Nec porro augendis rebus spatio foret usus
Seminis ad *coitum*, I, 179.

VII

Non rara sunt apud Ovidium in Metamorphosesin substantiva nomina ex variis substantivis aut nominibus propriis et verbi *gignendi* radice com-

posita. Unum nomen substantivum ex proprio nomine et verbi *colendi* radice compositum in Met. occurrit. Hæc nusquam ante nisi apud Ovidium reperiuntur :

I. Anguigena[1]. Quis furor, *Anguigenæ*, proles Mavortia, vestras. III, 531.

Aurigena[2]. Hactenus *aurigenæ*, comitem Tritonia fratri (se dedit). V, 250. Cf. Sid. Carm. VI, 14.

Ignigena. *Ignigenam*, satumque iterum, solumque bimatrem. IV, 12.

Rurigena. *Rurigenæque* pavere feram. VII, 765.

Serpentigena. Vos *serpentigenis* in se fera bella dedistis. VII, 212.

Cf. *draconigena*. Fast. III, 865.

II. Apenninigena[3]. *Apenninigenæ* quæ proxima Thybridis undis. XV, 432.

Cf. Claud. Paneg. Hon. Cons. 505.

Faunigena. *Faunigenæque* domo potitur nataque Latini. XIV, 449.

Cf. Sil. V, 5; VIII, 357.

1. Pro substantivo adjectivum nomen habitum.
2. *Aurigenæ* nomen nomini *fratri* apponitur.
3. *Apenninigenæ* nomen nomini *Thybridis* apponitur.

JANIGENA. Dum mihi *Janigenam* servabunt fata Canentem. XIV, 381.

Cf. IV, 173.

LATONIGENA. Et date Latonæ *Latonigenisque* duobus. VI, 160.

III. AMNICOLA. *Amnicolæque* simul salices et aquatica lotus. X, 96.

RURICOLA[1]. *Ruricolasque* boves leto dedit. V, 549.

Frequentissimum est illud vocabulum in Metamorphosesi. Cf. VI, 392; XI, 91; XV, 124. — Cf. Sidon. Carm. II, 19; Apul. Met. VI, 10.

MONTICOLA. Faunique Satyrique et *monticolæ* Silvani. I, 193.

LEMNICOLA[2]. *Lemnicolæ* stirpem contra data fœdera vidit. II, 757.

Illa substantiva nomina ad versum heroïcum omnino apta esse dicere supersedeo. Præterea forma breviore utitur Noster, nedum pluribus vocabulis eosdem homines designet. Sic, vocabulorum pondere vitato, uno nomine quod vult nitide exprimit.

1. Cf. * *Silvicola* Verg. A. X, 551.
2. Cf. * *Apenninicola* Verg. A. XI, 700.

In hoc genere jam antecesserant Lucretius et Vergilius. Attamen nomina substantiva hujus modi novando minus audaces quam Ovidius exstiterunt. Lucretius enim in suo de *rerum natura* poemate hæc duo adhibuit : * *terrigena* V, 1409. * *trojujena* I. 465. Vergilius autem unum hoc : * *nubigena*, A. VII, 674 ; VIII, 293.

VIII

Sequitur ut hæc septem vocabula enumerem quæ e græco sermone in latinum transtulit Ovidius[1] :

CANNA(κάννα). Alterius dispar septenis fistula *cannis*.II.682 Cf. IV,298; VIII, 337, 620; XI, 171 ; XIII, 893. Canna = jonc, roseau.

Cf. Aristoph. Vesp. V. 394 :

κοὐ μή ποτέ σου παρὰ τὰς κάννας οὐρήσω μηδ' 'αποπάρδω.

ECHIDNA (ἔχιδνα). Pars quota Lernææ serpens eris unus *echidnæ*? XI, 69.

Cf. IV, 501 ; X, 313. Echidna = vipère, hydre. Cf. Æschyli Choeph. 248 - 249.

1. Tantummodo propria nomina græca enumero quæ non ante Ovidium adhibita sunt.

θανόντος ἐκ πλεκταῖσι καί σπειράμασι
δεινῆς ἐχίδνης.

HARPE (ἅρπη). Vertit in hunc *harpen* spectatam cæde Medusæ, V, 69.

Cf. V, 176. Harpe = faux.
Cf. Hesiodi Theog. 179 :

. . . . . δεξιτε ρῆ δὲ πελώριον ἔλλαβεν ἅρπην.

HYÆENA (ὕαινα). Passa marem est, nunc esse marem miremur hyæenam, XV. 410.

Hyæena. = hyène.

Cf. Herodotum. IV, 192 : καὶ βασσάρια καὶ ὕαιναι καὶ ὕστριχες,....

MENTHA (μίνθα). Femineos artus in olentes vertere *menthas*, X, 729.

Mentha = menthe. Cf. Cratini versum a Polluce traditum. Onom., VI, 68.

MOLY (μῶλυ). *Moly* vocant superi, XIV, 292. — Moly = plante de ce nom.

Cf. Odyss. X, 305 : μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί.

MORUS (μορέα)... arbor ibi, niveis uberrina pomis
Ardua *morus*, erat, gelido contermina fonti. IV, 89-90.

Morus = mûrier. Cf. Nicandri Alexipharm. 69.

ἄλλοτε καὶ μορέης ἀπὸ ῥίζεα φοινηέσσης.

IX

Restat denique ut hoc loco enarremus græca propria nomina quæ in Metamorphosesin occurrunt. In hac græcorum nominum propriorum recensione enumerabimus primo nomina propria quæ a græco fonte detorta sunt ut præsidio versus condenti poetæ essent, deinde nomina propria quæ a Græca lingua assumpsit Ovidius, ea tantummodo mente ut latinas voces et ad expeditiorem versus decursum aptaret et externo quodam colore elegantiores redderet.

I. — Prima declinatio : *nominativi, vocativi ablativi, in* e *desinentes qui metricorum præceptis inserviunt :*

A. In libro I : Clymene. Ambiguum, *Clymene*, precibus Phaëthontis an ira (765) Cf. II, 37, 43, 333; IV, 204.

Daphne. Primus amor Phœbi *Daphne* Peneia quem non. 452.

In libro II :

* Libye. Tum facta est *Libye* raptis humoribus æstu. 237.

Mycale. Dindymaque et *Micale* natusque ad sacra Cithæron. 223. Cf. XII, 263.

In libro III:

Autonoe (voc,) moveant animos Actæonis umbræ. 720.

* Gargaphie. Nomine *Gargaphie*, succinctæ sacra Dianæ. 156.

Liriope. Cærula *Liriope*. Quam quondam flumine curvo. 342.

Nephele. Excipiunt laticem *Nephele*que Hyaleque Rhanisque. 171.

* Phiale. Et Psecas et *Phiale* funduntque capacibus urnis. 172.

In libro IV:

Alcithoe. At non *Alcithoë* Minyeïas orgia censet. 1. Cf. 274.

Clytie. Quæque tuos *Clytie* quamvis despecta petebat. 206.

Leucothoe. Tempore: *Leucothoe* multarum oblivia fecit. 208.

Thisbe. Pyramus et *Thisbe*, juvenum pulcherrimus alter. IV, 55. Cf. 71.

In libro V:

CYANE. Inter Sicelidas *Cyane* celeberrima nymphas. 412. Cf. 425.

URANIE. Excipit *Uranie* : quæcumque est causa videndi. 260.

In libro VI :

* MESSENE. *Messeneque* ferox Patræque humilesque Cleonæ. 417.

* SPARTE. Argosque et *Sparte* Pelopeïadesque Mycenæ 414. Cf. XV, 428.

NIOBE. Heu quantum hæc Niobe Niobe (abl.) distabat ab illa. 273.

In libro VII :

HYRIE. At genetrix *Hyrie*, servari nescia, flendo. 380.

In libro IX :

* ALCMENE. Argolis *Alcmene*, questus ubi ponat aniles. 277. Cf. 282, 314, 397.

CALIRRHOE. Ab Jove *Calirrhoe* natis infantibus annos 415. Cf. *Callirrhoe*, abl. IX, 433.

CYANEE [1]. - Cognita *Cyanee* præstanti corpora forma. 453.

1.—Facile intellegitur cur geminaverit eamdem litteram in *Cyanee*. Notavi asterico nomina propria quæ utramque formam habent. — Cetera ab Ovidio inventa ad græcorum nominum exemplum incusa sunt.

In libro X:

HIPPOMENE (voc.). Ah! miser *Hippomene,* nollem tibi visa fuisem. 632.

Cf. 658. Cf. *Hippomene,* abl. X, 608.

In libro XI. :

ALCYONE. Ire. Sed *Alcyone* conjunx excita tumultu. 384. Cf. 458, 544, 545, 563, 674, 746. — Cf. *Alcyone* (voc.). 416, 661. Cf. *Alcyone,* abl. 423.

CHIONE. Nata erat huic *Chione.* Quæ dotatissima forma. 301.

In libro XV :

ZANCLE. Nunc freta circueunt. *Zancle* quoque juncta fuisse. 290.

b. Ponuntur hi nominativi in fine versus, neque ideo poetæ subsidio fuerunt :

CALYMNE. Dextra Lebinthus erat fecundaque melle *Calymne* VIII. 222.

IDE. Et tum sicca, prius creberrima fontibus, *Ide.* II, 218 ; cf. X, 71 ; XII, 516; XIII, 324.

OETE. Ardet Athos Taurusque Cilix et Tmolus et *Oete* II, 217. Cf. IX, 231.

THISBE. Callida per tenebras versato cardine *Thisbe.* IV, 93. Cf. IV, 99, 143.

c. Nunc enumeraturus sum hæc propria nomina ab Ovidio a Græca lingua assumpta quæ quidem in lexico Georgi frustra invenias [1].

ALEXIRRHOE. Fertur *Alexirrhoë,* Granico nata bicorni. XI, 763.

ANAXARETE. (voc.). Vincis, *Anaxarete,* neque erunt tibi tædia tandem. XIV, 718.

CANACHE. Et Dromas et *Canache* Sticteque et Tigris et Alce. III, 217.

CROCALE. Ismenis *Crocale* sparsos per colla capillos. III, 169.

EUIPPE. Pæonis *Euippe* mater fuit. Illa potentem. V, 303.

HERSE. Pandrosos atque *Herse*; timidas vocat una sorores. II, 569; cf. 747.

HYALE. Excipiunt laticem Nepheleque *Hyaleque* Rhanisque. III, 171.

HYLONOME. Abstulit *Hylonome,* qua nulla decentior inter XII, 405; cf. XII, 423.

1. Omnia illa nomina græcam formam habent.

LEUCONOË. Dicere *Leuconoë*: vocem tenuere sorores. IV, 168.

LIMNATE. Edita *Limnate* vitreis peperisse sub undis, V, 48.

NAPE. Deque lupo concepta *Nape*, pecudesque secuta. III, 214.

NYCTIMENE. Crimine *Nyctimene* nostro successit honori? II, 590.

STICTE. Et Dromas et Canache *Sticte* que et Tigris et Alce III, 217.

Hæc nomina propria, quæ in Georgi lexico non inveniuntur, in fine versus occurrunt:

AGRE. Et pedibus Pterelas et naribus utilis *Agre.* III, 212.

ARNE. Marmoreamque Paron, quamque impia prodidit *Arne.* VII, 465.

COMBE. Ophias effugit natorum vulnera *Combe.* VII, 383.

IANTHE. Quamque virum putat esse, virum fore credit *Ianthe.* IX, 724; cf. IX, 745, 761; abl. 798.

LACHNE. Harpalos et Melaneus hirsutaque corpore *Lachne* III, 222.

LYCISCE. Et Thous et Cyprio velox cum fratre *Lysisce* III, 220.

ORPHNE. Ascalaphus vidit, quem quondam dicitur Orphne V, 539.

PHENE (voc.). Palladias arces, quæ te, justissima *Phene*. VII, 399.

TELESTE (abl.). Dote fuit virgo, Dictæo nata *Teleste*. IX, 718).

Nemo non intellegit cur sæpissime in nominativo et vocativo, rarius autem in ablativo, formas græcas in-*e* desinentes aut latinis in-*a* prætulerit poeta aut potius in creandis propriis nominibus assumpserit. Constat enim Ovidium diligenter elisionem vitasse. Jam prior hoc exemplum Claudiano dederat. Præterea, terminationes græcarum declinationum illum delectaverunt, ut videre est ex multis exemplis in quibus versus necessitas non græcum illum colorem postulabat.

II

PRIMA DECLINATIO. Genetivi in-*ēs* desinentes.

Hi duo tantummodo metricæ necessitati parent :

CYANĒS. Est medium *Cyanes* et Pisaeæ Arethusæ. V, 409.
THISBĒS. Ad nomen *Thisbes* oculos jam morte gravatos. IV, 145.

At IV, 115. *Thisbes* in fine versus ponitur.

Decem autem reliqui genetivi in-*es* pro in-*æ* non ob aliam causam adhibiti sunt nisi ut versus aliquid græcum saperent : quippe qui aut in fine versus aut ante consonantem ponantur. Hi sunt :

Arachnes, VI, 5, 133, 150 ; *Bœbes*, VII, 231 ; *Daphnes*, I, 490 ; *Eurynomes*, IV, 219 ; *Herses*, II, 809 ; *Hyries*, VII, 371 ; *Lethes*, XI, 603 ; *Panopes*, III, 19, *Pleiones*, II, 743 ; *Temeses*, XV, 707.

Prima declinatio. Accusativi in-*ēn* exeuntes :

1° XIV metricorum præceptis inserviunt :

Actoriden. At non *Actoriden* Erytum, cui lata bipennis. V, 79.

Alcyonen. Nec vult *Alcyonen* in partem adhibere pericli. XI, 447.

Cf. XI, 567, 628. Sed XI, 588, ante consonantem ponitur.

Anaxareten. Iphis *Anaxareten* humili de stirpe creatus. XIV, 699.

Antigonen. Pinxit et *Antigonen* ausam contendere quondam VI, 93.

Asterien. Fecit et *Asterien* aquila luctante teneri, VI, 108.

CYANEN. Venit et ad *Cyanen*. Ea ni mutata fuisset V, 465.

HELICEN. Si quæras *Helicen* et Burin, Achaidas urbes. XV, 293.

At VIII, 207, *Helicen jubeo.*

*IPHITIDEN. Cæranon *Iphitiden* et Alastoraque Chromiumque. XIII, 257.

* NYCTIMENEN *Nyctimenen ?* avis illa quidem, sed conscia culpæ. II, 593.

* OLENIDEN. Tectaphon *Oleniden* a summo vertice fregit XII, 433.

PITANEN. Æoliam *Pitanen* a læva parte relinquit. VII, 357.

PSAMATHEN. Cæruleam Peleus *Psămathen*, ut finiat iram. XI, 398.

SPARTEN. Nec genuisse pudet *Sparten* Hyacinthon, honorque. X, 217.

At X, 170, *Sparten. Nec citharæ...*

ZANCLEN. Liquerat et *Zanclen* adversaque mœnia Rhegi. XIV, 5.

His adhibitis Ovidius elisionem fugit, quam quidem diligentius vitavit.

XXIX reliquos poeta ad græcæ linguæ canorem modulatus est :

Ætnen, XIII, 770 ; XIV, 1 ; *Alcathoen*, VII, 443 ; *Alemoniden*, XV, 48 ; *Ampyciden*, XII, 451 ; *Anaphen*, VII, 461, 462; *Chrysen*, XIII, 174 ; *Clytien*, IV, 256 ; *Coroniden*, XV, 624 ; * *Crimisen*, XV, 52; *Deioniden*, IX, 444 ; * *Gorgen*, VIII, 543 ; * *Hesperien*, XI, 769 ; *Hylen*, XII, 378 ; *Ianthen*, IX, 716 ; *Idalien*, XIV, 694 ; *Iliaden*, X, 160; XIV, 824 ; * *Issen*, VI, 124; *Leucothoen*, IV, 196, 220 ; *Limyren*, IX, 647 ; *Mnemosynen*, VI, 114 ; * *Ocyroen*, II, 638 ; *Oeten*, IX, 166, 205 ; * *Perimelen*, VIII, 591 ; *Pœantiaden*, XIII, 313 ; *Prochyten*, XIV, 89 ; *Procrusten*, VII, 438 ; *Sperchioniden*, V, 86 ; *Tagen*, XV, 558 ; *Tydiden*, XIII, 350. [1]

III

Prima declinatio

a. Accusativi in-*ān* desinentes.

b. Vocativi in-*ă* aut in *ā* desinentes.

BRŌTEĀN. Depressitque duos *Brotean* et Orion. Orio. XII, 262.

MIDĀN. Barbaricoque Midan (aderat nam forte canenti). XI, 162.

1. Asterico notavi nomina propria, de quibus nodum locutus sum, et quæ in Georgi lexico non inveniuntur.

Cf. XI, 92. Syllaba *an* in græca lingua longa est.

Restat *Lycotan* nomen in fine versus, XII, 350.

Polydectă. Te tamen, o parvæ rector, Polydectă, Sĕriphi. V. 242.

A[1] habet *Polydecte ;* codex λ : *Polydete.* Codices autem illi non optimi sunt. Attamen nescio an *Polydecte* melius sit, si illud nomen comparo cum hoc altero :

Peripha. Teque, senex Peripha, pariter videre volantes. VII, 400.

In græco sermone, *a* radicis nominum masculinorum primæ declinationis longa est.

IV

Secunda declinatio. (sing.). Nominativi in *ŏs* desinentes XVI :

Æsacos, XI, 791 ; *Amphrysos*, I, 580 ; *Andros* VII, 469 ; XIII, 649 ; * *Areos*, XII, 310 ; *Argos*, II, 240 ; *Lemnos*, XIII, 313 ; *Olenos*, X, 69 ;

1. A = consensus aut omnium codicum aut omnium præter eum qui separatim est laudatus (vide P. Ovidii Nasonis editionem ab Ottone Korno editam ; post præfationem, p. VIII, tabulam codicum.)

Pachynos, XIII, 725 ; *Pandrosos*, II, 559 ; *Pelios*, XII, 508 ; *Peloros*, XIII, 727 ; *Peparethos*, VII, 470; *Phantasos*, XI, 642; *Pieros*, V, 302; *Sperchios*, I, 579 ; *Tenos*, VII, 469.

Hæc nomina ante consonantem ponuntur VII : *Andros*, XIII, 661 ; *Ismenos*, II, 244; *Lemnos*, XIII, 46 ; *Oliaros*, VII, 469 ; *Orchomenos*, VI, 416 ; *Pharos*, XV, 287 ; *Pylos*, VI, 418.

V

SECUNDA DECLINATIO. Accusativi in *ŏn* desinentes.

Enumerabo primum accusativos qui græcam formam habent quia Ovidius terminationem illam præoptavit, vel nullo subsidio allato :

Cephisōn, VII, 388 ; *Gnidōn*, X, 531 ; * *Hippalmōn*, VIII, 360 ; *Icelōn*, XI, 640 ; *Orchomenōn*, V, 607 ; *Pactolōn*, XI, 87 ; *Paphōn*, X, 297 ; *Parōn*, VII, 465 ; *Pharōn*, IX, 774 ; *Samōn*, XIII, 711 ; *Tenedōn*, XII, 109 ; XIII, 173.

Omnia illa nomina ante consonantem ponuntur. Sed hæc versus necessitati accommodantur :

Æacŏn, IX, 436, 441 ; XIII, 27 ; *Æolŏn*, XIV, 223, 224 ; *Æsacŏn*, XI, 762 ; XII, 1 ; *Andrŏn*

XIII, 665; *Caucasŏn*, VIII, 798; *Cerberŏn*, VII, 413; * *Clytŏn*, VII, 500; *Cœranŏn*, XIII, 257; *Cragŏn*, IX, 647; * *Eunomŏn*, XIII, 260; *Erymanthŏn*, V, 608; * *Hippasŏn*, XII, 352; *Hyacinthŏn*, X, 217; *Hymenæŏn*, XII, 215; *Isthmŏn*, VII, 405; *Lesbŏn*, II, 591; XIII, 173; *Lilybæŏn*, XIII, 215; *Mænalŏn*, II, 415, 442; *Meleagrŏn*, VIII, 270; *Naxon*, III, 636; *Paphon*, X, 530; *Pegasŏn*, IV, 786, *Polyphemŏn*, XIII, 772; XIV, 167; *Pyracmŏn*, XII, 455; *Rhadamantŏn*, IX, 441; *Rhegiŏn*, XIV, 48; *Samŏn*, XV, 61; *Scorpiŏn*, II, 83; *Seriphŏn*, V, 251; VII, 464; * *Siphnŏn*, VII, 466; * *Tectaphŏn*, XII, 433; *Telephŏn*, XIII, 171; *Tyrŏn*, III, 539.

VI

Tertia declinatio

a. Genetivi in - *ŏs* desinentes XI;

b. Accusativi in-*ă* desinentes LVII:

a. *Achaidŏs*, VII, 504; *Asopidŏs*, VII, 616; *Hecateidŏs*, VI, 139; *Letoidŏs*, VII, 384; *Nepheleidŏs*, XI, 195; *Oileos*, XII, 622; *Pallantidŏs*, XV,

700; *Perseidŏs*, VII, 74; * *Pheronidŏs*, I, 668; *Thaumantidŏs*, XI, 647; *Titanidŏs*, XIII, 968.

b. *Actæonă*, III, 243; *Æsonă*, IX, 423; * *Alastoră*, XIII, 257; *Ampycă*, XI, 445; *Asidă*, V, 648; *Asopidă*, VI, 113; *Athamantă*, IV, 467, 471; *Baucidă*, VIII, 715; *Bisaltidă*, VI, 117; *Byblidă*, IX, 454, 458, 644; *Cadmeidă*, III, 287; IV, 545; VI, 217; * *Cebenidă*, XI, 769; *Cepheă*, V, 42; *Ceycă*, II, 544, 658, 727; Coronidă, II, 599; *Cromyonă*, VII, 435; *Curetidă*, VIII, 153; * *Damasichthonă*, VI, 254; *Daulidă*, V, 276; * *Demoleontă*, XII, 368; *Dodonidă*, XIII, 716; *Dryantă*, XII, 290; *Dymantidă*, XIII, 620; *Elpenoră*, XIV, 252; *Erysichthidă*, I, 390; *Erechthidă*, VII, 726; *Erysichthonă*, VIII, 823; * *Galanthidă*, IX, 317; *Iasionă*, IX, 424; * *Lælapă*, VII, 711; *Leucadă*, XV, 289; *Macareidă*, VI, 124; *Miletidă*, IX, 636; * *Molpeă*, V, 168; *Morpheă*, XI, 635, 647; *Mycenidă*, XII, 34; * *Œneă*, VIII, 273; *Pandionă*, VI, 676; *Pelagonă*, VIII, 360; *Phaethontidă*, XII, 576; *Philemonă*, VIII, 714; *Phineă*, V, 92, 158, 210; *Phobetoră*, XI, 640; *Pirenidă*, VII, 391; *Polydæmonă*, V, 85; *Polymestoră*, XIII, 551; * *Prothœnoră*, V, 98; *Psophidă*,

V, 607; *Sidonidă*, II, 840; *Smintheă*, XII, 581; *Syringă*, I, 691, 705 ; *Tereă*, VI, 615, 647; * *Thoonă*, XIII, 259; *Titanidă* VI, 185; XIV, 376; * *Toxeă*, VIII, 441 ; * *Tropeidă*, VIII, 872; *Troezenă*, XV, 296, 506.

Nemo non negabit terminationes in-*os* et in-*a* dactylis aptissimas versus liquidiores reddere. Itaque Ovidius earum non parcus fuit, quibus angustias positionis incommodæ aut infesti hiatus effugeret.

VII

Accusativi in-*n* desinentes V, qui omnes longam ultimam syllabam positu habent, græcum omnino sapiunt :

Athin, V, 63, 72; *Clanin*, V, 140; *Iphin*, XIV, 753; *Tethyn*, II, 509; IX, 500; XIII, 951; *Themin*, I, 322.

Vocativi in-*ĭ* novem desinunt :

Byblĭ, IX, 582, 652; *Crenĭ*, XII, 465; * *Celmĭ*,

1. Hæc in hoc loco adjectiva nomina propria ex græco detorta enumerare, ut mihi videtur, decet : *Cadmeida*, VI, 217; *Curetida*, VIII, 153; *Dodonida* XIII, 716; *Pirenida*, VII, 391 ; *Sidonida*, II, 840.

IV, 282; *Derceti*, IV, 45; *Iphi*, IX, 716, 746; *Themi*, I, 379; *Penei*, I, 504; *Salmaci*, IV, 306; *Titani*, XIV, 14.

Duo in — *eu* exeunt :

Macareu, XIV, 318; *Phineu*, V, 93, 224.

Omnes illi vocativi omnino græci sunt, quod ad terminationem spectat. Idem animadverti potest de his decem accusativis in–*as* exeuntibus.

* *Echinadas*, VIII, 589; *Edonidas*, XI, 69; *Magnetas*, XI, 408; *Minyeïdas*, IV, 425; *Mnemonidas*, V, 268; *Pæonas*, V, 313; *Phæstiadas*, IX, 717; *Propœtidas*, X, 221; *Symplegadas*, XV, 338; *Telchinas*, VII, 365.

Echinadas, *Edonidas*, *Minyeïdas* sunt quinti pedis dactyli.

Magnetas adit, etc... *Pæonas usque*, etc... *Propœtidas abnuet*, etc... *Symplegadas elisarum*.

Mnemonidas. *Quam sic*, etc..... *Phæstiadas quæ* etc... : *as*, syllaba positu longa.

Telchinas est in versus fine [1].

Ante Ovidium Propertius a græco fonte satis

[1] Hæc adjectiva nomina propria ex græco fonte detorta, ut supra, hic enumero : *Achaidas*, III, 511; V, 306; XV, 293; *Cephisidas*, 1,369; *Corycidas*, 1, 320; *Cythereiadas*, XV, 386; *Erymanthidas*, II, 499; *Pirenidas*, II, 240.

multa propriaque nomina hauserat At ea creandi multo minus studiosus exstitit. Venia tamen mihi detur hæc enumerandi quæ primæ declinationis suntetquæ in-*e* desinunt: 1° in fine versus: **Amycle*, IV, v, 35; *Andromede*, I, III, 4; **Cassiope*, I, XVII, 3; *Cybebe*, III, XVII, 35 ; *Cymothoe*, II, XXVI, 16 ; *Lampetie*, III, XII, 30; *Leucothee*, II, XXVI, 10; *Pasiphae*, II, XXVIII, 52 ; *Penelope*, III, XIII, 24; *Phœbe*, I, II, 15; 2° in cursu versus : **Amymone*, II, XXVI, 47 ; *Andromede*, IV, VII, 63 ; *Dirce*, III, XV, 11; *Evadne*, I, XV, 21; III, XIII, 24; *Europe*, II, XXVIII, 52; *Helene*, III, XIV, 19; *Hyppolite*, IV, III, 43; * *Hypermnestre*, IV, VII, 63; IV, VII, 67; **Hypsipyle*, I, XV, 18; **Iole*, II, XXVIII, 51; IV, V, 35; *Ischomache*, II, II, 9 ; **Lalage*, IV, VII, 45; *Niobe*, II, XX, 7; *Parthenie*, IV, VII, 74; *Penelope*, II, IX, 3; *Persephone*, II, XXVIII, 47 ; **Petale*, IV, VII, 43 ; *Phryne*, II, VI, 6. Restat *Omphale*, cujus ultima syllaba eliditur. Genetivi autem in-*es* pauci sunt; attamen hi sunt: *Cybebes*, III, XXII, 3; IV, VII, 61, in fine versus; *Danaes*, II, XX, 10, in cursu versus; *Erinnes*, II, III, 22; *Helles*, III, XXII, 5; *Persephones*, II, XXVIII, 48, in cursu versus. Pauciores etiam accusativi in-*en* hi: *Antiopen*, III, XV, 12, in cursu versus; *Hellen*, I, XXVI, 5 ; *Leucotheen*,

II, XXVIII, 20, in fine versus; *Penelopen*, IV, v, 7, in cursu versus. Unus nominativus in-*os* occurrit : *Naxos*, III, XVII, 27. In tertia declinatione, habemus hos genetivos in-*os : Bœbeidos*, II, II, 11 ; **Glaucidos*, IV, III, 55; *Iasidos* I, I, 10; *Phorcidos*, III, XXII, 8. *Iasidos* unus in fine versus ponitur. Denique sunt duo accusativi in-*a*, quorum unus usitatissimus est, *Pœana*, III, XV, 44, cum elisione, *Minoida*, IV, XI, 21, in cursu versus.

CAPUT SECUNDUM

DE ADJECTIVO NOMINE

I

ADJECTIVA IN-*bilis* FINITA

Hoc adjectivorum nominum genus scriptoribus philosophis convenit. Cicero enim nonnulla nova admisit, sed, ut solet, cautum illorum delectum fecit. Per se nihil aliud volunt nisi ut ad id nomen cui adjiciuntur, ejus verbi, a quo facta sunt, notionem, aliquo modo referendam esse indicent. Ovidius, adjectivis ejusmodi adhibitis, uno vocabulo id exprimere voluit quod multa desiderabat apud classicos auctores, minus philosopharum rerum studiosos quam Cicero exstiterat. Ceterum adjectiva illa plerisque poetis æqualibus placuerunt. Licentius autem eo genere exsultat sermo ovidianus. Quæ quidem, e verbis præcique primæ conjugationis orta, ex præsentis indicativi radice

derivantur. Quod ad sensum attinet, aut active aut passive, sed sæpius passive, assumuntur. [1]

a. Simplicia adjectiva in — bilis.

Agitabilis. Terra feras cepit, volucres *agitabilis* [2] aer I, 75. Cf. Arnob. VII, 50.

aer qui potest a volucribus *agitari.*

Dubitabilis. Nec erit *dubitabile* verum. I, 223. Cf. Prud. Apoth. 649.

nec verum *dubitari* poterit.

Atque ego, si virtus in me *dubitabilis* esset. XIII, 21.

si virtus *dubitari* posset.

Forabilis. Contemptor ferri nulloque *forabilis* ictu. XII, 170. Cf. Plin. 225.

forabilis = qui *forari* non potest.

Formidabilis. Frigore pigra prius nec *formidabilis* ulli. II. 174.

Nullæ in fronte minæ, nec *formidabile* lumen. II. 857.

1. Asterico notabo ea quæ activum sensum habent.

2. Facile videbit qui Metamorphoseon libros leget omnia illa adjectiva, seu in nominativo singulari trium generum, seu in accusativo singulari generis *neutrius* dicti, pro dactylis habita esse.

Paruit *Æneas* et *formidabilis* Orci
XIV, 116.

formidabilis = formidandus.

Cf. Sen Ep. CXXIII, 15. Statius illud adjectivum in neutrali accusativo pro adverbio adhibet, Theb. VIII, 582.

JACULABILIS. Viderunt oculi telum *jaculabile* nostri.
VII, 680. Cf. Stat. Theb. VI, 658; Claud. in Eutr. II, 167.

telum jaculabile = jaculum.

POPULABILIS. Interea quodcumque fuit *populabile* flammæ
IX, 262.

quod *populari* potest.

*SONABILIS. Cornua fulserunt, crepuitque *sonabile* sistrum
IX, 784. Cf. Augustin. de Gen. ad litt. VIII, 3, 7,

b. Adjectiva in — bilis *ex simplici adjectivo et præpositionibus* e, in, re *composita.*

EVITABILIS. Frena tamen dantem non *evitabile* telum
VI, 234.

Cf. Sen. Quæst. Nat. 11, 50, 2. — Cf. Ov. Met III, 301 : *inevitabile* fulmen. Cf, Sen. ep. 30, 7. telum, fulmen quod evitari non potest.

Inconsalabilis. **Jura sui mœrens, *inconsolabile* vulnus. V, 426.**

Cf. Amm. XXIX, 2, 14. Vulnus quod consolari non potest.

Indelebilis. **Astra ferar, nomenque erit *indelebile* nostrum XV, 876.**

nomenque non deleri poterit. Cf. Ov. ex [Pont. 11, 8, 26; Lact. VII, II, 6.

*** Innabilis, Instabilis.** **Sic erat *instabilis* tellus, *innabilis* unda. I, 16;**

innabilis unda. Cf. supra *agitabilis* aer ; *instabilis*, Cf. Verg. G. IV, 105, 195.

Reparabilis. **Dic, Themi, qua generis damnum *reparabile* nostri, I, 379 ;**

Damnum *reparari* possit. Cf. Sen. de Vita beata, VI, 4; Epist. I, 3. Vergilius habet *irreparabilis*, A. X, 467.

*** Resonabilis.** **Nec prior ipsa loqui didicit, *resonabilis* Echo. III, 358.**

Cf. Auson. Ep. LXXXIX, 1.

Revocabilis. **Parcite! motus erat, cum jam *revocabile* telum [Non fuit] VI 264 ;**

Id est : non *revocari* potuit ; cf. Sen. de ira, I, 63. Apud Lucretium invenis *irrevocabilis*, I, 469.

C. Adjectiva in-bilis *primo in poesin ab Ovidio inducta :*

* *Exitiabilis*, VI, 257 ; VIII, 425 ; cf. Liv. XXIX, 17 ; XXX, 7 ; * *lætabilis*, Jam apud Cic., IX, 256 ; *notabilis*, jam apud Cic., I, 169 ; invenies tamen *notus* cum eodem sensu, I, 198 ; *optabile*, IX, 760 ; cf. Civ., Or. II, 82 ; *spectabilis*, III, 709 ; VI, 166 ; VII, 496, 705 ; invenitur quoque apud Ciceronem.

II

Ovidius quoque hæc adjectiva in-*bilis* in aliis libris novavit : *moderabilis*, Am. I, VI, 59 ; *mercabilis*, ib. X, 21 ; *narrabilis*, Epist. ex Ponto, II, 2, 61. Cf. Verg. *enarrabilis*, A. VIII, 625 ; (adjectivum nomen ab eo fictum.) Parcior antea fuerat Lucretius, cujus hæc sunt : * *ærumnabilis*, VI, 1230 ; * *mactabilis*, VI, 806 ; * *manabilis*, I, 535 ; *aversabilis*, VI, 984 ; *contrectabiliter*, IV, 662 ; *insatiabiliter*, III, 920 ; VI, 979 ; *insedabiliter*, VI, 1075 ; *inviolabilis* [1], V, 306. Apud Catullum

1. Cf. *violabilis*, Verg. A. II, 154 ; *inviolabilis*, A. II, 363.

unum adjectivum nomen in-*bilis*, ab eo fictum, occurrit, scilicet *inobservabilis*, LXIV, 115. Tibullus Propertiusque ejusmodi vocabulis, præter solitos, abstinuit. Sed apud Vergilium hæc memoratu digna sunt: *lacrimabilis*, A. III, 39; VII, 604; cf. Hor *illacrimabilis*, Carm. II, 14, 6, et IV, 9, 26 ; **penetrabilis*, A. X, 481 ; G. I, 93 [1] ; *exsaturabilis*, A. V, 781 ; *exsuperabilis*, G. III, 39; *inextricabilis*, A. VI, 27; * *illætabilis*, A. XII, 619; III, 707; *immedicabilis*, A. XII, 858; cf. Ov. Met. I, 190; II, 825; X, 189; *ineluctabilis*, A. II, 324; VIII, 334 ; *irremeabilis*, A. V, 591 ; VI, 425; *insuperabilis*, A. IV, 40; *intractabilis*, A. I, 339; IV, 40; G. I, 211; cf. in Vergilio ipso *tractabilis*, A. IV, 53, 339. Denique Horatius hæc habet: *dissociabilis*, Carm. I, 3, 22; *domabilis*, id. IV, 14, 41 ; cf. Ov. Met. IX, 253 ; *exorabilis*, Epist. II, 2, 179; cf. Prop. II, 30, 11; *inexcusabilis*, Epist. I, 18, 58; cf. Ov. Met. VII, 511, cum passivo sensu ; *immersabilis*, Epist. I, 2, 22; *immiserabilis*, Carm. III, 5, 17 ; *insolabiliter*, epist. I, 14, 8; *numerabilis*, A. poet. 206; cf. Lr. *innumerabilis*, VI, 485, 488.

1. Cf. cum activo sensu *penetrabile* fulmen, Ov. Met. XIII, 857.

III

Unum adjectivum nomen in *t-ilis* desinens apud Ovidium in Metamorphosesin occurrit. Quin immo hoc adjectivum jam a Varrone usurpatum erat; id Ovidius primum in poesin induxit, scilicet *coctilibus*, IV, 58. Unum autem in-*s-ilis* notandum est, quod quidem Ovidio proprium esse arbitror, *sessilis*, XII, 401: *tergum sessile*, id est in quo aliquis sedere possit. Contra Lucretius dixit æthera *diffusilem* esse, V, 467; pariterque finxit *tactilis*, qui tangi potest, V, 152; *intactilis*, 1, 438; *sensilis*, sensu præditus, II, 888, 893, 895, 902; *insensilis*, qui sentiri nequit aut qui sensibus caret, II, 866, 870, 888. Vergilius vero habet hæc; *flexilis*, E. V, 559; *sutilis*, E. VI, 414; *tortilis*, E. VII, 351.

Ovidius ipse creavit, sed in Trist., *tinctilis*, III, 10, 64; *adapertilis*, II, 45, et Ex. Pont. *sculptilis*, IV, 9, 28.

IV

Adjectiva in-alis,-elis,-aris et-orius finita.

1° Adjectiva nomina in-*alis* desinentia sæpis-

sime ex substantivis nominibus derivantur, ut hæc omnia quæ Ovidio propria dici possunt :

CONJUGIALIS (conjugium). Atria complentur ; nec *conjugialia* festa, IV, 5.

Cf. VI, 536; XI, 743. Codex minor M habet *conjugalia*. At constat Ovidium nunquam non dactylos, vel continuos, delectasse.

EXSEQUIALIS (exsequiæ). Carmina jam moriens canit *exsequialia* cycnus, XIV, 430 ;

Exsequialia carmina, id est, ultimum ante mortem emissa.

NEMORALIS (nemus). Cujus in extremo est antrum *nemorale* recessu, III, 157 ;

Nemorale, id est obscurum densis umbris arborum.

LUNARIS. Orbe resurgebant *lunaria* cornua nono, II, 453.

Cf. IX, 688 ; X, 296 ; XV, 790.

PACALIS (pax). Circuit extremas oleis *pacalibus* oras, VI, 101.

Cf. XV, 591 ; *oleis pacalibus*, id est quæ *paci* sacræ sunt.

Sepulcralis (sepulcrum). Ante *sepulcrales* infelix adstitit aras VIII, 480.

Cf. Her. II, 120. *Sepulcrales aræ* = autels funéraires.

2° Adjectiva ejusdem modi jam in prosa oratione adhibita, sed primum in poesin ab Ovidio inducta :

Parentali (parentes), XIII, 619.

Denique hoc adjectivum afferam *socialis* (socius) VII, 800, quod ex adjectivo *socio* pro substantivo nomine habito derivatur. Cf., *divalis* (divus), *pluralis* (plures).

Lucretius Vergiliusque ante Ovidium et ipsi nonnulla vocabula in-*alis* desinentia finxerant. Occurrunt enim in Lucretio *genitalis* (passim), *innumeralis*[1], II, 1085; *pernicialis*, 1,452 ; *principialis*, (passim), *putealis*, VI, 1173; *tonitralis*, I, 1098. Hæc sunt apud Vergilium : *armentalis*, A. II, 571 ; *crinalis*, A. VII, 403 ; *fluvialis*, G. II, 144; *glacialis*, A. III, 285; *juvenalis*, (passim) *lustralis*, A. VIII, 183.

1. Hic affero *innumeralis*, quamvis hoc adjectivum sit compositum, quia mihi necesse esse visum est adjectiva in-*alis* a Lucretio inventa in eumdem indicem inducerentur. Lucretius utitur *innumerali* adjectivo cum substantivo numero, II, 1085, et *innumero* cum numero, II, 1054 ; III, 780.

Non omittam hoc adjectivum in-*elis* exiens, *patruelis* (patruus), I, 352; IV, 462. Jam in Cicerone occurrit.

3. Unum adjectivum nomen in-*aris* desinens Ovidio proprium est, scilicet

PUELLARIS. Dumque *puellari* studio calathosque sinum que
Implet. V. 393.

Cf. X, 594. — Cf. Plin. X 154. — Cf. Verg. * *molaris* A. VIII, 250, * *plantaris* G. II, 27.

Petronius ex *puella* finxit *puellarius* XLIII, 8. Ceterum *puellarius* est altera forma ejusdem adjectivi nominis[1]. Martialis autem et Plinius Secundus, Ovidii exemplum secuti, ex adjectivi forma in-*aris* exeuntis adverbium *puellariter* derivarunt. Mart. Cap. I, 88; Plin. Epist. VIII, 10, 1.

Invenies etiam hæc duo adjectiva in poesin primum ab Ovidio inducta, *auxiliaribus* I, 275 ; *popularia*, I, 577.

4. Restant duo adjectiva nomina quæ apud poetas nunquam ante Ovidium leges, dico *pastoria*, II, 680; *sororia* IX, 540[2].

1. Cf. *Corssen*, Beitr. Z. lat. Form. p. 336.

2. Adjectiva in-*orius*, ex quibus duo apud Ovidium occurrunt, ex substantivis nominibus in-*tor* (*sor*), *or*, derivantur et in posteriore latinitate abundant.

V

Adjectiva in *-osus, eus, icus, inus, idus, anus,* finita.

1° Fruticosus (frutex).. Agrestes illic fruticosa legebant Vimina. VI, 344.

Cf. * *sætosus*. Verg. B. VII, 29 ; * *saxosus*, Verg. B. V. 84.

Juncosus (juncus), Contribuere aliquid *juncosaque* litora Bœbes. VII, 231.

Invenies etiam illud adjectivum nomen apud Plinium XVIII, 46. cf. * *clivosus*, Verg. G. I, 108 ; II, 212 ; * *nemorosus*, Verg. A. III, 270 ; * *nimbosus*, Verg. A. I, 535 ; * *palmosus*, Verg. A. III, 705 ;

Prodigiosus (prodigium) Cognita quam nulli quam *prodigiosa* novæque

Cura tenet veneris ? IX, 728. Cf. XIII, 968. Cf. Hor. *prodigialiter*, A. poet. 29.

Pruinosus (pruina) Solque *pruinosas* radiis siccaverat herbas IV, 82. Cf. V, 443.

Herbas pruinosas = herbas pruina, id est, rore tinctas.

Vide Petr. poet. LXXXIII, 10, 5 et Mart. XII, XXXVI, 2. Cf. **tenebrosus*, Verg. A. V, 839; **undosus*. Verg., A. III, 693[1].

Afferam etiam hæc duo adjectiva nomina quæ communia habet cum Varrone: *lacertosi*, II, 33; cum Catone, *torosus*, VII, 429.

Adjectiva illa adamussim ex substantivis nominibus derivantur. Significant rei abundantiam. Sic *fruticosus, juncosus, pruinosus* = *frutice, junco, pruina* abundans.

Non dubito credere *prodigiosum* sermonis latini vulgaris esse [2].

2° Adjectiva nomina in — *eus* finita genus aut materiam significant.

Hæc Ovidio propria sunt :

a. Adjectiva ex substantivis derivata:

ADAMANTEUS. Ecce *adamanteis* Vulcanum naribus efflant, VII, 104;

1. Asterico notavi vocabula hujusmodi a Vergilio, Lucretio et Horatio ficta.

2. Cf. Lr. IV. 1165, * *labiosus* (a labris). — Cf. Hor. * *beluosus*, Carm. IV, 14, 47; (a belluis) * *plagosus*, epist. II, 1, 70, *ulcerosus*, Carm. IV, 14, 47, ab ulcere ductus. — Cf. Cat. * *imaginosus*, 41, 8 ; * *hederosus* V, 4, 3. — Cf. Ovidium, in Am. I, 19, et epist. IV, 85 * *jugosus*.

adamanteis = ferreis; cf. Lr. *adamantinus*, II, 447; Cf. Lr. **saxeus*, (passim).

ÆSCULEUS... *Æsculeæ* capiebat frondis honorem. I, 449.

Cf. Vitr. *æsculini* axes; VII, 1, 2; cf. Lr. * *durateus*, I, 177; **pineus*, IV, 589; *roseus*, V, 665, 609, 974.

Eodem modo Lucretius finxit *pineus*, IV, 589; Vergilius autem : **arbuteus*, G. I, 166; A. II, 65; * *arundineus*, G. IV, 265; A. X, 710; **fraxineus*, G. II, 359; A. VI, 181; * *rubeus*, G. II, 485; **rameus*, G. IV, 303.

BITUMINEUS. Sive *bitumineæ* rapiunt incendia vires. XV, 350.

Cf. Verg. **sulfureus*, A. VII, 517; **piceus*, G. II, 257, 319; cf. **fulmineus*, Lr. II, 382.

NECTAREUS. *Nectareis* quod alatur aquis. VII, 767.

Cf. Verg. * *tureus*, G. II, 117; cf. Ov., * *papavereus*, Fast. IV, 438.

PRUNICEUS. Ecce rapit mediis flagrantem Rhœtus ab aris *Pruniceum* torrem. XII, 279.

Cf. Verg.: addam cerea *pruna*. E. II, 52. Illius vocabuli radicem e græca lingua translatam προῦμνον,

προῦνον, primus Noster in nomen adjectivum, suffixo — *eus* adjecto, mutavit. Cf. Lr. IV, 73, **luteus*.

Cf. Verg. **pulvereus*, A. VIII, 593.

TURBINEUS. Corpora *turbinea* juvenum vertigine mersit. VIII, 557.

Cf. Verg. **fumeus*, A. VI, 693[1].

Habet cum Varrone hoc adjectivum nomen : *plumeus*, II, 612. His non dissimilia sunt adjectiva verbalia in — *uus*, ut unum hoc quod in Metamorphosesin occurrit, *a succidendo* **succiduus*, X, 458.

b. Adjectiva ex propriis nominibus derivata et omnino Ovidio propria :

Abanteus, XV, 164; *Æsareus*, XV, 54; *Agenoreus*, III, 308; *Apollineus*, I, 473; *Baccheus*, III, 691; XI, 17; *Cæsareus*, I, 201 ;*Eetioneus*, XIII, 110; *Erectheus*, VIII, 548; *Hyanteus*, V, 312; VIII, 310; *Mithridateus*, XV,755; *Neleus*, VI, 418; XII, 553;*Nesseus*, IX, 154; XII, 449; *Oresteus*, XV, 489; *Pentheus*, IV, 429; *Phoceus*, V, 276; *Phylleus*, XII, 474; *Pitthues*, XV, 296, 506; *Polydoreus*, XIII, 629; *Thaumantheus*, XIV, 845.

Illa adjectiva omnia possidendi significationem exprimunt.

1. Cf etiam apud Vergilium, **croceus*, B. IV, 43; **sidereus*, A. III, 586; **spumeus*, A. II, 419; **stuppeus*, G. I, 309; **vipereus*, A. II, 681; cf. Lr. **taureus*, V. 1070.

3° Unum adjectivum nomen in-*ticus* desinens Ovidio peculiare est. Hic suffixum *ticus* substantivo nomini *aqua* adjicitur.

AQUATICUS. Calcavere pedis nec solvit *aquaticus* auster. II, 853.

In spem bacarum florebat *aquatica* lotos. IX, 341; cf. X. 96.

In priore versu, *aquaticus* = pluvius ; in altero autem, = vivens in aqua aut prope aquam. Invenies etiam *aquaticæ aves* apud Plinium.

Evenit etiam ut suffixum verbi radici adjiciatur, ut in hoc :

ERRATICUS. Orbem interdixit, quam vix *erratica* Delos, VI, 333,

quod Ovidius commune habet cum Catone et Varrone.

4° Afferam unum adjectivum in-*ĭnus* desinens, jam a Cæsare et Cicerone usurpatum quod quidem primus Noster versibus inseruit :

PRISTĬNUS... mens tantum pristĭna mansit. III, 203.

5° Sequitur ut enumerem hæc quatuor adjectiva in-*idus* finita, quorum duo Ovidio propria sunt :

ALBIDUS. Spumaque pestiferos circumfluit *albida* rictus. III, 74.

Cf. Lr. *fluvidus*, II, 464, 466; fulgidus, III, 361. Cf. Verg. **tabidus*, A. III, 187.

FREMIDUS................................ *fremida* regalia turba
Atria complentur. V, 2-3.

Duo autem reliqua Nostro cum Varrone et Vitruvio communia sunt :

HERBIDUS. Misit aprum quanto majores *herbida* tauros
Non habet Epiros. VIII, 282-283.

Cf. Verg. *herbosus*, G. II, 169.

MARCIDUS. *Marcida* demittant subito caput illa gravatum. X, 192.

Suffixum *idus* adjicitur : 1° radici adjectivi nominis *alb* (alb-us, alb-idus); 2° ut sæpissime evenit, radicibus verborum *frem*, *marce* (frem-o, fremidus), (marce-o, marc-idus) et radici substantivi nominis *herba* (herb-idus).

6° Unum adjectivum nomen in-*anus* exiens memoratu dignum esse videtur :

FONTANUS........................... illum *fontana* petebant
Numina, XIV, 327;

id est, numina fontium.

7° Afferam denique hoc singulare adjectivum in *ax* finitum :

* Vigilax. *Vigilacibus* excita curis. I, 779.

VI

PARTICIPIA PERFECTA PRO ADJECTIVIS HABITA.

Sunt tria numero in Metamorphosesin : *adclinata*, X, 268; *pavefacta*, XIII, 877; *rubefacta*, XIII, 394. Liceat autem hoc loco inserere participia, adjectiva participia dicta, comparativo gradu, primum in poesi ab Ovidio usurpata : *acceptior*, XIII, 467; cf. Sall.; *celebratior*. VIII, 430; cf. Liv. XLI, 13, (frequens est in prosa oratione); *conjunctior*, VII, 485; XV, 599; (invenitur apud Ciceronem); *junctior*, IX, 550; cf. Cic.; *moderatior*, XIII, 356; XIV, 619; cf. Cic.; *paratior*, V, 603; cf. Cæs [1]. Hæc duo participia in superlativo gradu memoratu digna sunt : *consuetissimus*, XI, 637,

1. Hic afferam quædam adjectiva in comparativo gradu singulariter ab Ovidio usurpata : * *fugacior*, XIII, 807; * *immobilior*, XIII, 801; *dexterior*, II, 138; VII, 241; XII, 303, (invenitur apud Varronem): *invidiosior*, VII, 603; cf. Cic.; *sinisterior*, II, 139; cf. Varr.

(Ovidio proprium); *junctissimus*, IX, 550; X, 70; hoc superlativum Nostro proprium est. Omnia illa participia seu in comparativo seu in superlativo gradu sunt dactyli quinti pedis. Illis addendum est hoc adjectivum jam a Cicerone usurpatum, *hamatus* (hamus), II, 799; V, 80, 384; XII, 563.

VII

ADJECTIVA NOMINA EX PRÆPOSITIONE AD, CIRCUM, CUM, EX, PER, PRO, RE [1], TRANS ET SUBSTANTIVO NOMINE AUT ADJECTIVO AUT VERBO COMPOSITA [2].

***Adclivus (ad, clivus). Quo simul *adclivo* Clymeneia limite proles. II, 19.**

Occurrit in Metamorphosesin altera forma, quæ sæpius adhibetur, *adclivis*, IX, 334; X, 53.

Præpositio *ad* significat Phaethonta limitem quo ad Solis tecta itur difficili ascensu superare.

*Circumfluus. (circum, fluo) *Circumfluus* humor. I, 30. Cf. XV, 624, 739.

1. *Re* est potius particula quæ ad sensum mutandum composito adjectivo additur quam vera præpositio.

2. Asterico notabo adjectiva quæ Ovidio propria esse videntur.

CIRCUMSONUS (circum, sono). Apri quem turba canum *circumsona* terret. IV, 723.

Præpositio *circum* indicat in priore versu humorem undique circum tellurem fluere; in altero, canes circum aprum ab ipsis pressum latrare. *Circumfluus* et *circumsonus* a fluendo et sonando aut potius a *flu* et *son* verborum radicibus facta sunt. Reperies *consonus*, VIII, 610; Am. I, 8, 60.

Hic ponenda sunt:

* REFLUUS. Et quas Oceani *refluum* mare lavit, harenas. VII, 267.

* RESONUS. Dixerat, hæc *resonis* iterabat vocibus « eheu ». III, 496.

Cf. *personus*, Val. Flacc. IV, 418.

In priore versu *re* indicat quod gallice vocamus « le reflux »; in altero « l'écho, les sons renvoyés ». Eodem sensu interpretandum est hoc aliud adjectivum :

*REFUGUS : Nec Tantalus undam captavit *refugam*. X, 42.

Unda enim captanti quasi retrocessit. Afferam etiam :

* RECLINIS : Inque sinu juvenis posita cervice *reclinis*. X, 558.

Cf. Stat. Silv., I, 2, 161; Mart., IX, 90; Tac., Ann. XIV, 5. Venus enim in sinu Adonidis cervicem posuit; rectum non est caput. Hic particula *re* notionem intendit. Cf. ***résimus***, XIV, 95, quod in Varrone quoque occurrit.

* CONTERMINUS... Domus est terræ *contermina* nostræ. I, 774.

Cf. IV, 90; VIII, 552, 620; XV, 315; cf. Plin., XVIII, 35.

Hic præpositio *cum* indicat domum unde ortus sit Phaethon quasi terræ quam incolant Clymene et filius confundi.

EVANIDUS. Pectoraque in tenues abeunt *evanida* rivos, V, 435;

Cf. Varr.; *evanida* = evanescentia.

* PERVIGIL. *Pervigilem* superest herbis sopire draconem. VII, 149.

Per adjectivo simplici vim superlativi addit. *Præ* in eodem sensu sæpius adhibetur.

Draco custos est quem decipere difficillimum est.

PERNOX. Addit et exceptas luna *pernocte* pruinas. VII, 268.

Cf. Liv., V, 28; XXXII, 11. Luna per noctem fulget.

* Præsignis. Martius anguis erat *præsignis* et auro. III, 32.

Qui crista linguisque tribus *præsignis* et uncis. VII, 150.

Exhibuit gemino *præsignia* cornua quærunt. XV, 611.

Illud adjectivum nomen ad numerum omnino aptum est. Ob numeri necessitatem, *præsignis* pro *insignis* mihi in tribus prioribus versibus positum esse videtur. At in hoc versu nescio an dici possit præpositionem notionem augere et intendere :

Cinctaque adest virgo matrum nuruumque caterva
Præsignis facie XII, 217.

Præ non, ut supra *per*, adjectivo simplici vim superlativi addit, sed indicat potius virginem catervæ matrum superbe præire.

Præacutus. Quos ubi viderunt *præacutæ* cuspidis hastas. VII, 131. Cf. Cæs.

Cuspis enim acuta est extrema.

* Transformis. Ast ubi habere suam *transformia* corpora sensit, VIII, 871;

Cf. Fast., I, 373; *transformia corpora*, id est corpora quæ formas transmutant.

VIII

ADJECTIVA EX SYLLABA IN QUA NEGATIO FIT ET EX ADJECTIVIS AUT SUBSTANTIVIS NOMINIBUS AUT VERBORUM RADICIBUS COMPOSITA.

Syllaba *in*, quemadmodum syllaba *a* in græco sermone, notio adjectivo simplici expressa negatur. Hic etiam poeta Græcis addictissimus eos æmulari studuit[1].

* INAMBITIOSUS. Secretos montes et *inambitiosa* colebat
Rura. XI, 765.

Cf. Verg. * *infaustus*, A. V, 635; * *insincerus*, G. IV, 285.

* INAMŒNUS. Persephonen adiit *inamœna* que tenentem. X. 15.

Cf. Stat. Theb. I, 89; Plin. ep. IX, 10, 3; *inamœnus* = inamabilis. Cf. *incredulus*, Hor. A.

1. Lucretius, haud imitator Græcorum, paucis adjectivis hujusmodi utitur. Ne unum quidem novavit.

poet, 188; * *innubilus* = ἀνέφελος, Hor; * *inaudax* = ἄτολμος, Hor. Carm. III, 20, 3; * *innocuus*, Verg. A. VII, 230; X, 302.

* Insolidus. Turget et *insolida* est spe delectat agrestes. XV, 203.

* Inlimis. (in-limus). Fons erat *inlimis* nitidis argenteus undis. III, 407.

Ovidius adhibet etiam * *infrons*, ex Pont. IV, 10, 31. Cf. Verg. * *infrenis*, A. X, 750; * *infrenus*, A, IV, 41.

* Innuba. (in-nubo.) Nec tibiæ molles nec fagus et *innuba* laurus. X, 92. Cf. XIV, 142.

* Inpervius. Vocibusque frequens erat atque *impervius* amnis. IX, 106.

Nota, quæso, illud adjectivum nomen ex syllaba *in* et præpositione *per* juxta positis et desinentia *vius* ex substantivo nomine *via* oriunda compositum. Illi adjectivo singulariter composito addam hoc alterum adjectivum non minus singulariter compositum : **prævius*, XI, 65. Cf. Verg. A. I, 537 : **invius*.

Occurrit apud Vergilium * *inopinus*, A. V, 857. Ovidius singulariter utitur adjectivo simplici cui præfigitur negatio *nec*.

* NECOPINUS. Nocte gravem somno *necopina* perdere morte. I, 224. Vide etiam XII, 591.

Afferam denique hoc adjectivum nomen, jam a Cicerone usurpatum, quod quidem primus Ovidius in poesin induxit: *inmansuetus*, IV, 237. Cf. XIV, 249; XV, 85.

IX

PARTICIPIA EX SYLLABA IN QUA NEGATIO FIT ET EX ADJECTIVIS AUT SUBSTANTIVIS NOMINIBUS AUT VERBORUM RADICIBUS COMPOSITA.

Vergilius primus auctor exstitit multorum participiorum hujusmodi, ut intellegi potest ex hoc indice : * *inlaudatus*, G. III, 5; * *inpacatus*, G. III, 408; * *instratus*, G. III, 230; * *inaccessus*, A. VII, II; * *inausus*, A. VII, 308; * *inconcessus*, A. I, 651; **indebitus*, A. VI, 96; * *indefessus*, A. XI, 651; * *indeprensus*, A. V, 591; * *inexcitus*, A. VII, 623; * *inexpletus*, A. VIII, 559; * *infabricatus*, A. X, 560; XIV, 400; * *infletus*, A. XI, 372; * *inperditus*, A. X, 430; **inperterritus*, A. X, 770; **inplacatus*, A. III, 420; **inproperatus*, A. IX, 798; **insalutatus*, A. IX, 288; **inspoliatus*, A. XI, 594; **intemeratus*, A. II, 143. Lucretium vero, cujus tot alia inventa miramur,

nihil aliud video protulisse quam hoc unum participium ex syllaba *in* et participio præsenti, *olens*, compositum, *inolens*, II, 850. Nihil autem memoratu dignum afferunt Catullus aut Tibullus aut Propertius. Attamen in panegyrico Messalæ, V, 42, est * *inæquatus*. Horatius et præsertim Ovidius, qui modum Vergilianum excedit, illorum vocabulorum copiam habent. Etenim Horatius hæc novavit : * *incastigatus*, Epl. I, 10, 45; * *incuratus*, ib. 16, 24; * *ingustatus*, Serm. II, 8, 30; * *inmemoratus*, I, 19, 33; **inmetatus*, Carm. III, 24, 12; **inmodulatus*, A. poet. 263; **inominatus*, Epod. 16, 38; **inpermissus*, Carm. III, 6, 27; **inputatus*, Epl. 16, 44; * *inrepertus*, Carm. III, 3, 49; * *inresectus*, Epl. V, 47; * *inretortus*, Carm. II, 2, 23; * *inrevocatus*, Epl. II, 1, 223; * *inruptus*, Carm. I, 13, 18; *intaminatus*, ib. III, 2, 18.

Veniamus ad Ovidium. Apud eum occurrunt hæc :

* INCOMMENDATUS. Nihil illis vetitum est, *incommendata*que tellus. XI, 434.

Cf. **incorrectus*, Trist. III, 13, 23; * *ineditus*, ib. 16, 39.

* INCONSUMPTUS..... Tibi enim *inconsumpta* juventa est. IV, 17. Cf. VII, 592. Pont. I, 2, 41.

Cf. * *inexstinctus*, Fast. I, 413; III, 428; VI, 297; Trist. V, 14, 36, 424.

* INCULPATUS. Evehor et data sum comes *inculpata* Minervæ. II, 588.

Cf. IX, 173. — Vide etiam Gell. XIV, 2, 5.

*INCUSTODITUS. *Incustoditæ* Pylios memorantur in agros
Processisse boves. II, 684. Vide etiam III, 15.

Cf. Tac. Ann. XII, 4; XV, 55; Plin. Ep. VI, 29, 10.

Cf. * *indesertus*, Am. II, 9, 52; * *indeclinatus*, Trist. IV, 5, 24; Pont. IV, 10, 83.

* INDETONSUS. Additur his Nysæus *indetonsus*que Thyoneus. IV, 12.

* INDEVITATUS. *Indevitato* trajecit pectora telo. II, 605.

* INOBRUTUS. Deucalioneas effugit *inobrutus* undas. VII, 356. (oppositum *obruto*.)

Cf. *inlabefactus*, Epl. ex Pont. IV, 8, 10; 12, 30.

* INOBSERVATUS. Dum vel casta fuit vel *inobservata*. IX, 711.

* INPERCEPTUS. *Inpercepta* pia mendacia fraude latebant. IX, 711.

Cf. * *inpercussus*, Am. III, 1, 52.

* INPERFOSSUS. Tela retusa cadunt, manet *inperfossus* ab omni, XII, 496.

* INREPREHENSUS [1] *Inreprehensa* dabat populo responsa petenti. III, 340.

Cf. Trist. V, 14, 22.

* INSOPITUS. Terrigenasque feras *insopitum*que draconem, VII, 36.

Cf. Lucan. IX, 357; Claud. Rapt. Proserp. III, 400.

Ovidius et æquales ejus poetæ tmesi raro utuntur. Attamen Noster in hoc versu primum pedem per particulam *que* fieri dactylum voluit :

* INCRUENTATUS. *In*que *cruentatus* Cæneus Elateius ictu. XII, 497.

Jam Vergilius licentius et ipse per tmesim dixerat :

*Inque sa*lutatam linquo. A. IX, 288.

Ad res perspicue depingendas epico poetæ copia eorum quæ epitheta ornantia vocantur nominum

1. Non seposui participia quibus præfiguntur syllaba negativa *in* et præpositio ab aliis quibus tantummodo syllaba *in* adhæret, ne crebriores essent articuli.

opus est. Nulla enim res magis ingenii subtilitatem provocat quam nominum substantivorum cum epithetis conjunctio. Inde fit ut in Metamorphoseon libris permulta participia perfecta occurrant, ex præpositione qualibet et syllaba negativa *in* composita. Quæ quidem adjectiva verbalia, — sunt enim vere adjectiva, — quamvis orationis illustrandæ causa adhibeantur, numerorum cursum interdum retardant, nedum sæpius eam ornent. Attamen satis respondent consilio quod iniit poeta, ut versui et orationi gravitas quædam afferretur, scilicet in hoc exemplo :

> *Attenuarat* opes, sed **inattenuata* manebat
> Tum quoque dira fames..... VIII, 844,

ubi voces *attenuarat* et *inattenuata*, quarum altera ad prioris similitudinem ficta est, ita inter se opponuntur ut cogitatio opposita apte et graviter exprimatur.

Similia sunt hæc adjectiva in quibus non jam inter se opponuntur voces, sed cogitatio quasi in exprimendo renovatur :

> Qui lacriment desunt, * *indefletæ*que vagantur
> Natorum patrumque animæ. VII, 611-612.
> Si qua domus mansit potuitque resistere tanto
> * *Indejecta* malo. I, 289.

Surge, age, da lacrimas lugubriaque indue, nec me
*** *Indeploratum* sub inania Tartara mitte. XI, 670.**

Cf. Trist. III, 3, 46. cf. * ***intumulatus*, Epl. II, 136.**

Sopitus venis et * *inexperrectus*. XII, 317.

Denique in hoc exemplo :

Removebitur omne
Tegminis officium : tamen *indestrictus* abibo, XII, 92,

Cogitationes inter se pugnant.

In illis formandis adjectivis verbalibus ex particula negativa *in* et participio perfecto compositis, quæ quidem ad poesin aptiora sunt quam ad prosam orationem, ut facile apparet ex multis vergilianis exemplis quæ supra attuli, Ovidius parcior opinione exstitit. Vergilius contra, qui cautus in serendis verbis esse solet, abundans fuit. Primum quidem poetæ adjectivis illis verbalibus usi sunt, Vergilius, Horatius et Ovidius, ut magistros nominem ; deinde eadem in prosam orationem, auctore Seneca, irruperunt. Brevi autem, præsertim ætate posteriore, sine ullo discrimine, quæcumque erant perfecta parti–

cipia ex syllaba *in*, qua verbi notio negatur, et participio perfecto ipso composita sunt et usurpata.

X

ADJECTIVA EX NOMINE SUBSTANTIVO ET RADICE FER VERBI FERRE COMPOSITA.

Adjectiva in -*fer* desinentia in Metamorphosesi percrebrescunt. Quæ quidem, propter mollitudinem quamdam, poesi conveniunt. Illam derivationem adamavit Noster, ut manifestum est ex magna copia horum adjectivorum quæ poetæ propria omnino esse dico :

ARMIFER. Caras et *armiferos* Lelegas Lyciamque pererrat, IX, 646 ; Vide etiam XIV, 475;

armifer = bellicosus.

Frequentius Ovidius *armiger*, sed pro substantivo nomine. Cf. *armiger,* subst. masc, V, 148; XII, 363 ; XV, 386 ; *armigera, æ,* (subst. fem.) III, 166; V, 619.

BIPENNIFER. Penthea tu, venerande, *bipenniferum*que, Lycurgum, IV, 22; vide etiam VIII, 391.

bipennifer = bipenni armatus.

Cf. Trist. V, 3, 39

Caducifer. Hinc se sustulerat paribus *Caducifer* alis. II, 708.

In illo versu *Caducifer* est pro *Mercurius*.

At in hoc versu *Caducifer* est adjectivum nomen:

Venit Atlantiades positis *Caducifer* alis. VIII, 627.

Chimærifer. Jamque *Chimæriferæ*[1], cum sol gravis ureret arva,
Finibus in Lyciæ, VI, 340;

id est in finibus Lyciæ ubi Chimæra nata est.

Colubrifer. Torva *colubriferi* superavit lumina monstri, V, 241;

Cf. Lucan, IX, 677. Monstri colubribus horrentis.

Flammifer. . . . . Hinnitibus auras
Flammiferis implent pedibusque repagula pulsant. II, 155.

1. Asterico notavi adjectiva composita in quibus desinentia *fer* indicat non ferendi proprio sensu, sed metaphorice gignendi notionem.

Cf. V, 442; XIV, 796; XV, 849. Vocabulum audacter exprimitur. *Hinnitibus* est pro *ore* quod flammas evomit.

Granifer. *Graniferum*que agmen subjectis spargere in arvis, VII, 638;

Cf. Ars am. I, 94; quercus in arvis spargit formicarum agmen quæ granis onustæ sunt.

Herbifer. *Herbiferos* * adiit colles atque atria Glaucus, XIV, 9;

Cf. Fast. IV, 468; Plin, XXV, 94; colles herbiferos, id est feraces herbarum omnis generis.

Laborifer. Namque *laboriferi* cum jam natalis adesset Herculis, IX, 286;

Cf. XV, 129; Herculis *laboriferi* = nati ad tantos labores ferendos.

Laborifer fingitur pro *laboriosus*. Nil mirum; Lucretius enim dixit *æstifer* pro *æstuosus*, V, 640.

Lentiscifer. Hinc calidi fontes *lentisciferum*que * tenetur

Liternum, XV, 713;

Cf. Stat. Theb. VI, 25; *lentisciferum* = lentiscorum feracem.

MELLIFER. *Melliferarum* * apium, sine membris corpore nasci. XV, 383.

Cf. Claud. Rapt. Pros. II, 127.

NUBIFER. Aeriæque Alpes et *nubifer,* Apenninus, II, 226.

Nubifer, = qui nubes fert, id est qui vertice suo nubes tangit.

OPIFER. Inventum medicina meum est, *Opiferque* per orbem

Dicor, I, 521;

vide etiam, XV, 653 — cf. Plin, XVI, 64;
pro substantivo nomine habitum: *Opifer* = servator.

PAPYRIFER. Perque *papyriferi* * septemflua flumina Nili, XV, 753;

Cf. Trist. III, 10, 27.

POPULIFER. *Populifer* * Sperchios et irrequietus Enipeus, I, 579.

RACEMIFER. Victa *racemifero* lyncas dedit India Baccho. XV, 413.

Cf. III, 666.

SALUTIFER. Luctibus imposuit venitque *salutifer* urbi,
XV, 744;

Cf. II, 642;

salutifer hic adhibetur pro substantivo nomine, ut supra *opifer*.

Augustinus nomini substantivo *cruci* hoc epithetum *Salutiferæ*, adjecit.

SECURIFER. Antimachumque Elymumque *securiferumque* Pyracmon. XII, 460.

Cf. supra *bipennifer*.

TRIDENTIFER. Regna vagæ, dixi, sortite *Tridentifer* undæ
VIII, 596;

Tridentifer = Neptune.

VELIFER. Huc ubi *veliferam* nautæ advertere carinam.
XV. 719.

VENENIFER. Jamque *venenifero* sanguis manare palato,
III, 85.

Venenifero = veneno infecto.

Ovidius in aliis operibus frequentius etiam usurpavit adjectiva nomina ejus modi; liceat hoc loco inserere hæc: *alifer* Fast. IV, 562, dictum de curru qui ita rapidus est ut volucri similis esse videatur, *arundifer* Fast. V, 637. Tibris caput extollit quod

arundines fert; *corymbifer*, Fast. I. 393; Bacchus enim fert corymbos, aut potius corymbis cingitur; *turrifer*, IV, 219, *turriferum caput :* caput Cybeles corona turrita ornatur; *sacrifer* IV, 252, sacriferas rates, id est, naves quibus Æneas Trojæ deos commiserat; *tædifer*, III, 786; Epl. II, 42; *dea tædifera* = quæ tædas fert.

Ovidium adjectivorum in *fer* desinentium inter poetas abundantissimum esse dixerim. Lucretius enim hæc tantummodo protulit: *æstifer* 1,664; *falcifer*, III, 640; V, 1299; *florifer* [1], III, 11; *glandifer* V, 937; *ignifer*, passim; *rorifer*, VI, 865; *sensifer*, III, 241, 246, 273, 380, 937. Apud Catullum invenies: *buxifer*, IV, 13; *laserpicifer* VII,4; *semifer* passim. Apud Propertium primum leguntur: *anguifer*, (passim); *gemmifer* metaphorice, IV, 4, 2; *odorifer*, II, 13, 23; *palmifer*, metaphorice; IV, 5, 25. Tibullus autem hoc genere adeo abstinuit ut neque fingeret neque omnino usurparet ullum præter hoc unum adjectivum *nimbifer*, I, 4, 44. Vix unum apud Horatium, ut ea omittam quæ omnium Romanorum sermone trita erant, afferam, scilicet *pomifer* Carm. III, 23, 8; IV 7, 11. Vergilius vero hujus modi vocabulorum non parcus fuit; attamen pauciora

1. Occurrit in Lucretio *frugiferens*. I, 3.

usurpavit quam Ovidius. Hæc Vergiliana sunt :

cælifer, A. VI, 796 : *cælifer Atlas* = qui torquet axem humero, IV, 481;

conifer A. III, 680 : *cyparissus conifera* = quæ formam coni habet;

fatifer, A. VIII, 621 ; IX, 631 : *fatiferum* ensem, id est letiferum. Cf. Ov. Met. VI, 251 ; XII, 492;

fumifer, A. VIII, 255 : *fumifera* nox, id est tempus quo fumus e tectis funditur.

legifer, A. IV, 58 : *legiferæ* Cereri = Δήμητρι Θεσμοφόρῳ

malifer, A. VII, 740 : cf. *bacifer*, Ov. II, 16, 18;

olivifer, A. VII, 711 : cf. *glandifer*, Lr. V, 937;

ostrifer, G. I, 207 : cf. supra *lentiscifer* Ov. Met. XV, 713;

pacifer, A. VIII, 116 : oliva *pacifera*, quia oliva pacis signum est. cf. Ov. Met. XIV, 291;

pinifer, A. IV, 249 : X, 870 : cf. *populifer*, Ov. *Met.* I, 579;

somnifer, A. VII, 758 : cantus *somniferi*, id est apti ad soporandum. Cf. Ov. Met. I, 672; IX, 694;

soporifer, A. IV, 486 : *soporiferum* papaver eumdem sensum habet. Ov. Met. XI, 586;

turifer, G. II, 139 : arenis *turiferis*, id est turis feracibus.

XI

ADJECTIVA EX NOMINE SUBSTANTIVO ET RADICE GER VERBI GERERE COMPOSITA.

Pauca sunt adjectiva ex nomine substantivo et radice *ger* verbi *gerere* composita, quæ invenit Ovidius. Quatuor tantummodo in Metamorphosesin occurrunt :

CLAVIGER. *Clavigeram* vidit Vulcani occumbere prolem. VII, 437.

prolem clavigeram = filium Vulcani qui clavam gerit.

Cf. XV, 284. *Claviger* in illo versu est adjectivum. At *Claviger* pro substantivo haberi debet in hoc :

Hunc super incumbens pressum gravitate soporis
Claviger adloquitur. XV, 22.

Claviger. = Hercules.

LINIGER. Nunc dea *linigera* colitur celeberrima turba, I, 747;

turba linigera, id est turba sacerdotum lina vestitorum.

PENATIGER. Hæc Helenum cecinisse *penatigero* Æneæ. XV, 450.

Æneas, Troja relicta, secum in Italiam Penates patrios transportavit.

TRIDENTIGER. Cumque *tridentigero* tumidi genitore profundi. XI, 202.

Tridentiger genitor = Neptunus tridente armatus. Vide supra *Tridentifer*.

Ceteri poetæ illis adjectivis non abundant: protulerunt enim Lucretius: * *barbiger* V, 898; VI, 971: * *corniger*, III, 751; II, 368: * *naviger*, I, 3; * *setiger*, V, 968; VI, 975; * *spumiger*, V, 983; * *squamiger*, (passim); Catullus: * *coniger*, LXIV, 106; *ederiger*, LXIII, 23. Vergilius: * *aliger*, A. I, 663; XII, 249; * *turriger*, A. VII, 631; X, 253; Propertius: * *lauriger*, III, XIII, 53; IV, VI, 54. Horatius, quamvis cum Ovidio post Lucretium novandi et cupidissimus et peritissimus fuerit, tamen nullum adjectivum hujusmodi finxit. Ovidius autem artificium illud tam commodum poetis et facilem præbens varietatem et numero dactylico aptissimum cupide amplexus est, præsertim quod ad adjectiva in *fer* exeuntia attinet.

Afferamus etiam hæc substantiva nomina ex substantivo aut adjectivo nomine et verbo composita :

A. — FATICANUS. Hæc ubi *faticano* venturi prescia dixit
Ore Themis, IX, 19; 418-419;

ore faticano = ore quod fata canit.

FATICINUS. *Faticinas*que ferunt sortes. XV, 436.

Ovidius illas duas formas anteponit formæ a Vergilio adhibitæ, A. VII, 82; VIII, 340 ; X, 199: *fatidicus*. *Fatidicas* aut *fatidico* æque ac *faticano* et *faticinas* dactylus fuisset.

VATICINUS. Ergo ubi *vaticinos* concepit mente furores. II, 640.

FLEXIPES. Vos quoque *flexipedes* hederæ, venistis, X, 99;

flexipes hedera = quæ quercu, dum reptat, se circumvolvit.

B. — PORTENTIFICUS. Hunc dea prævitiat *portentificis* venenis Inquinat, XIV, 55-56;

portentificis = portentosis.

SAXIFICUS... remove fera monstra tuæque
Saxificos vultus, quæcumque ea, Medusæ, V, 217;

saxificos, id est vultus Medusæ quæ ea in saxa vertit quibus oculos defigit.

Ex radice *fac* duo illa nomina adjectiva incusa sunt ab Ovidio ex eadem similitudine harum vocum : **auctificus*, Lr. II, 571; **horrificus*, Lr. III, 919;* *tabificus*. Lr. VI, 738;* *terrificus*, passim;* * *luctificus*, Verg. A. VII, 324;* *regificus*, Verg. A. VI, 605;* *vulnificus*, VII, 446;* *lanificus*, Tib II, 1, 10.

C. — FLORILEGUS. *Florilegæ* nascuntur apes. XV, 366 .

Cf. Ov. Fast.* *turilegus*, IV, 569; *turilegi Arabes*.

FRUGILEGUS. Hic nos *frugilegas* adspeximus agmine longo. VII, 624.

Ovidius inducit huc formicas quæ fruges legunt aut rodunt.

Lucretius cum eodem sensu adhibet *frugiparus*, VI, 1. Ausonius Lucretium simul ac Ovidium imitatus usurpavit *floriparus*, Edyll. XII, 1.

GEMELLIPARUS. **Magna *gemelliparæ* venerantur numina divæ, VI, 315; cf. Fast. V, 542;**

gemellipara diva = Latona.

In vocibus *florilegus* et *gemellipara* facile Græcos magistros senties, si contuleris Theocriti αἶγα διδυματόκον, I, 25, et Meleagri Gadarensis ἀνθολόγους χάριτας, Anth. gr. Jacob, V.

LUCTISONUS. **Et gemitu et lacrimis et *luctisono* mugitu. I, 732.**

Ex radice verbi *sonare* illud adjectivum nomen finxit Ovidius, aliarum vocum instar, quæ apud priores invenies, ut**raucisonus*, Lr. V, 1083; *clarisonus*, Cic. in arateis; Cat. LXIV, 320;* *fluentisonus*, Cat. LXIV, 52;* *armisonus*, Verg. A. III, 544

MAGNILOQUUS. **Talia *magniloquo* tumidus memoraverat ore, VIII, 396.**

Illud adjectivum compositum (magnus, loqui) adhibuerunt Statius, Silv. V, 3, 62; Theb. III, 192; Mart. II, 43, 2; Tac. Agr. XXVII.

Adjectiva ex adjectivo et verbo *loqui* composita jam apud Plautum abundabant: *confidentiloquus*, *falsiloquus*, *inaniloquus*, *largiloquus*, *mendaciloquus*,

multiloquus, planiloquus, stultiloquus, vaniloquus. Ante Ovidium, Lucretius adhibuerat: *terriloquus*; I, 104.

XII

ADJECTIVA COMPOSITA : 1° EX DUOBUS SUBSTANTIVIS NOMINIBUS ; 2° EX PARTICULA SEMI ET SUBSTANTIVO AUT ADJECTIVO NOMINE AUT VERBI RADICE ; 3° EX ADVERBIO NUMERALI BIS ET SUBSTANTIVO NOMINE ET VERBI RADICE ; 4° EX NUMERALIBUS ADJECTIVIS TRES, SEX, SEPTEM, EX ADJECTIVO MULTUS ET SUBSTANTIVO NOMINE AUT VERBI RADICE.

I

ANGUICOMUS. Gorgonis *anguicomæ* Perseus superator. IV. 699.

Cf. Lr : * *anguimanus*, II, 536; V, 1301; *lauricomus,* VI, 152. Verg. * *auricomus*, A. VI, 141.

Ex illis tribus exemplis apparet Ovidium haud insolenter adjectivum *anguicomus* novasse. Ut ma-

gistri, discipulus Græcos imitatus est, apud quos exempla nominum cum aliis nominibus coalescentium frequentissime occurrunt. (Vide de ea re Quint. *Inst. or.* I, 5.)

ANGUIPES. Centum quisque parabant
Injicere *anguipedum* captivo brachia cælo, I, 184;

anguipedum = gigantum qui pro pedibus angues habent.

Cf. Lr : * *capripes*, IV, 582; Verg. * *æripes*, A. VI, 803; Ov. Ex Trist. * *serpentipes*, IV, 7, 17, *serpentipedesque Gigantas*; cf. Cat. * *pinnipes*, LV, 25 : * *plumipes*, LV, 27; * *properipes* audacius expressum, LXIII, 34; * *tardipes*, XXXVI, 7; cf. * *lentipes*. Aus. Ep. XXI, 40.

IGNIPES. Tum sciet, *ignipedum* vires expertus equorum, II, 392.

Cf. Stat. Theb. I, 27; Mart. Spect. XXVII, 7; equorum, quorum pedes ignem eliciunt.

II

SEMICAPER. Et levibus cannis latitantia *semicaper* Pan. XIV, 515.

Cf. Fast. V, 101. Cf. Ov. *semibos* A. Am. II, 24.

SEMIDEUS. Sunt mihi *semidei*, sunt rustica numina nymphæ. I, 192.

Cf. XIV, 673. — In græco sermone habes idem vocabulum : ἡμίθεος.

Invenies apud Statium, I, 206 ; V, 273, pluralem genetivum. Cf. * *semihomo*, Verg. A. VIII, 194 ; * *semivir*, A. IV, 215.

SEMILACER. *Semilacer*que toro temptat consurgere VII, 344.

Cf. Lr. * *semimarinus*, V, 889 ; Cat. *semihians*, LXI, 220 ; * *semilautus*, LIV, 2 ; * *semirasus*, LIX, 5. Verg. * *seminex*, A. V, 275.

SEMICREMUS. *Semicremo*que novat repetitum stipite vulnus. XII, 287.

Cf. * *semicrematus*, Ov. A. a, II, 632 ; * *semiustus*, Verg. A. III. 578 ; * *semiputatus*, B. II, 70 ; cf. Ov. * *semisepultus*, Ep. I, 55 ; * *semirefectus*, id. VII, 176 ; * *semiadapertus*, Amor. I, 6, 4 ; * *semireductus*, A. a, II, 614. *Semicremus* significat « à demi brûlé ». Theocritus idem vocabulum, sed cum alio sensu, usurpavit, II, 133 : ἡμιφλεγής.

III

Bifidus. Erigimur, satæque cadunt, *bifidos*que relinquit
Rima pedes. XIV, 303.

Vergilius sæpius usus est particula *bis* in vocabulorum compositione [1].

Trifidus. Naides Hesperiæ *trifida* fumantia flamma. II, 325.

Statius femininum *trifida* pro substantivo nomine habuit, I, 64. Cf. Verg. * *quadrifidus*, G. II, 25; A. VII, 509.

Multifidus. *Multifidas*que faces in fossa sanguinis atra.
VI, 259.

Cf. VIII, 644. Vide Val. Max. IV, 661.

Bimater (διμήτωρ). Ignigenamque satumque iterum
solumque *bimatrem* IV, 12,

Cf. Verg. A. VII, 180; XII, 198 : * *bifrons* διμέτωπος; * *bilix*. (θώρηξ διπλόυς.) A. XII, 375.

1. Vide Benoistum, Edit. Virgilii, t. II, p.p. 431, 435.

BINOMEN (διώνυμος). Inde sub Ascanii dictione *binominis* Alba. XIV. 609.

IV

TRICUSPIS. Nec maris ira manet, positoque *tricuspide* telo. I, 330.

Cf. Lr. V, 28 : * *tripectorus* ; Verg. * *tricorpor*, A. VI, 289 ; * *trifaux*, A. VI, 417 ; * *trilix*, A. VII, 467.

V

SEXANGULUS. Nonne vides quos cera tegit *sexangula* fetus. XV, 382.

Cf. Lr. IV, 656 : *multangulus*.

VI

SEPTEMFLUUS. Sic ubi deseruit madidos *septemfluus* agros. I. 422.

Cf. XV, 753. Illud adjectivum ad imitationem nominis adjectivi græci ἑπτάρρους fictum est. Cf. * *septemplex*, Verg. A. XII, 925.

VII

MULTIFORUS. Longave *multifori* delectat tibia buxi, XII, 158.

Cf. * *multimodus*, Lr. III, 869.

Seneca in Agamemnone suo substantivo nomini *tibia* epithetum *multifora* adjecit V. 346. Cf. vocabulum græcum usitatissimum πολύτρητος.

CAPUT TERTIUM

DE VERBO

Transeo nunc ad verba quæ Ovidius in Metamorphoseon libris primus usurpavit. Primo enumeraturus sum quæ *simplicia verba* dici possunt. Quorum quidem duo genera sunt : priora a substantivis nominibus facta sunt; unum autem ab adjectivo.

I

A. — * CACUMINO (cacumen). Dat spatium collo summasque *cacuminat* aures. III, 195.

Cacuminat = facit ut aures summæ in *cacumen* desinant. Cf. Plin. : *ova cacuminata*. Sidonius hoc verbo utitur : *saxo ensem cacuminare*, id est *exacuere*.

* CIRCINO (circinus, Cæs. I, 38, κίρκινος). Inclinat cursus et easdem *circinat* auras. II, 721.

Cf. Plin. : ramos in orbem *circinare*. *Circinare*, id est circino rotundare.

*FLAGELLO (flagellum). Parte *flagellari* gemuit sua robora caudæ. III, 94.

*LACUNO (lacunar). Summa *lacunabant* alterno murice conchæ. VIII, 564.

Conchæ summa ornabant, quasi lacunar esset.

*TRUNCARE (truncus). *Truncat* holus foliis. VIII, 647.

Primum ab Ovidio in poesin inductum. Cf. *detruncare*.

*Detruncat*que caput. VIII, 769.

Cf. Liv. XXXI, 34.

B — *MANIFESTO (manifestus). Insidias prodet *manifestabit*que latentem. XIII, 106.

Cf. Justinum qui illo verbo utitur licentius etiam : *voluntatem manifestare*.

a. — Cf. Cat. *frigero* (frigus), LXI, 30.

Cf. Verg. **singultare* (singultus), A. IX, 333; **soporare* (sopor), A. V, 855.

Cf. Hor. **furiare* (furia), Carm. I, 25, 14; **græcari*, Serm. II, 2, 14; **juvenari*, A. poet. 246;

**scurrari*, Epl. I, 17, 19, 18, 2; **ampullar* , Epl. I, 3, 14.

Cf. Prop. * *lunare*, IV, 6, 25 : *lunarat* in arcus acies Nereus. Cf. Verg. *lunatis peltis*, A. I, 490; Stat. Theb. *lunatum agmen*, V, 145.

b.— Cf. Lr.: **densere* (densus), passim; **inanire*, VI, 1004, 1023.

Cf. Cat. * *angustare*, **hiulcare* (hiulcus), LXVIII, 62; **vesanire* (ve-sanire), XXV, 13.

Cf. Verg. **acerbare*, A. XI, 407; **canere*, G. II, 13, 120; III, 325; **crispare*, A. I, 313; * *fecundare*, G. IV, 291; * *hebere*, A. V, 396; * *hebetare*, A. II, 605; **lentare*, III, 384; **obliquare*, A. V, 16; **solidare*, G. I, 179.

II

D. — Ad verba composita disputatione mea pergo. Sequar autem ordinem præpositionum alphabeticum :

AB

Abominari. Hoc verbum compositum, jam in prosa oratione a Livio adhibitum, Ovidius, unus inter poetas, usurpasse videtur.

Et vires fortuna negat. Quod *abominor*, ergo, IX, 677;

Abominor, id est : Utinam a nobis sortem istam avertam!

Cf. *Liv.* VI, 18: bene facitis, quod *abominamini*. Vide etiam VI, 40: quod *abominaris*; IX, 38: Licinius..... *abominandam* eam curiam facit; XXVIII, 28 : nominis etiam *abominandi*.

AD

ADCLINARE. Circumspexit Athin seque *adclinavit* in illum. V. 72.

Cf. XIV, 666. Cf. *Liv.* IV, 48: *acclinaturos* se ad caussam senatus. Vide etiam XLIV, 3. Cf. Verg. * *adglomerare*, A. II, 339; XII, 458.

* ADFUNDERE. *Adfusæ*que jacent tumulo signataque saxo. VIII, 540.

Cf. IX, 366, 607. Vide Sen. Ep. XI, 3; Tac. Agr. 35.

* ADPORRECTUS. Infantemque vident *adporrectum*que dra conem. II, 561 [1].

* ADSTERNERE. Nocte dieque vocant *adsternuntur*que sepulcro, II, 343.

1. A*dporrectus*, bis compositum; cf. *præcompositus*. Fast. VI, 674; *recompono*, Am. I, 7, 68.

Cf. Hor. **adprecari*, Carm. IV, 15, 28; **adlaborare*, Epod. VIII, 9; **addocere*, Epl. I, V, 18; **adsuere*, A. poet. 16.

ADSTUPERE. *Adstupet* ipse sibi vultuque immotus eodem, III, 418;

Adstupet, id est, Narcissus stupet ad imaginem formæ quam in unda videt. Postea Statius verbum illud absolute usurpavit, Theb. II, 13.

In exemplis illis præpositio *ad* idem significat quod per se vult, id est, ut ita dicam, ad aliquem aut ad aliquid corporis inclinationem. Ovidius contra absolute usurpat *adgemere*, Trist. I, 4, 10, ut Horatius, *adurguere*, Carm. I, 37, 17; Vergilius, *advelare*, A. V, 246; *addensere*, A. X, 432.

CIRCUM

* CIRCUMVELARE. Insuper aurato *circumvelatur* amictu. XIV, 263.

Cf. Trist. IV, 2, 49: **circumplaudere*; cf. Lucr. **circumlinere*, I, 40; **circumversari*, V, 521; cf. Cat. **circumsilire*, III, 9; cf. Verg. **circumflectere*, A. III, 430; **circumvolitare*, II,

329; * *circumvolvere*, A. III, 284; cf. Hor. * *circumgemere*, Epod. 16, 51; * *circumtonare*, Serm. II, 3, 223; cf. Tib. * *circumterere*, I, 2, 95.

CUM

* CONCAVARE. Est locus in geminos ubi brachia *concavat* arcus. II, 195.

Cf. *concavati* nidi. Col. VIII, 5.

* CONFREMERE. *Confremuere* omnes studiisque ardentibus ausum. I, 119.

Cf. Lucr. * *concruciare*, III, 149; * *condensere*, I, 393; * *condurare*, VI, 969; cf. Cat. * *confutuo*, XXXVII, 5; cf. Verg, * *convectare*, A. IV, 408; cf. Tib. * *confindere*, IV, 1, 173.

DE

* DEFRENATUS. Et *defrenato* volvuntur in æquora cursu. I, 282.

* DELAMENTARI. Accipit et natam *delamentatur* ademptam. XI, 331.

Cf. *deplorare* :

Sternuntur segetes et *deplorata* colonis
Vota jacent. I, 272.

Cf. V, 63; XIII, 481. Vide etiam Cic. Verr., II, 27.

* Demugitus. Undaque prima rubet *demugitæ*que paludes XI, 375.

Cf. * *defutata*, Cat. XLI, 4.

* Demurmurare. Ter noviens carmen magico *demurmurat* ore. XIV, 58.

Cf. * *degrandinat*, Fast. IV, 755; cf. Verg. * *dedignari*, A. IV, 536; * *desolare*, XI, 367, * *despectare*, A. I, 396.

* Denubere. . . . . . Nec Cænis in ullos
Denupsit thalamos. XII, 196.

Deplangere. *Deplanxere* domum, scissæ cum veste capillos. IV, 546.

Cf. XIV, 580; cf. * *dedoluisse*, Remed. Am. 294 et Fast. III, 480.

* Develare. Oraque *develat* miseræ pudibunda sororis. VI, 604.

Cf. * *despumare*, Verg. G. I, 296.

In verbis his *delamentari*, *demurmurare*, *denubere*, *deplangere* et in hoc participio Ovidio proprio ac peculiari *demugitus*, præpositio *de* vehementius simplicis verbi notionem exprimit. Quibus conferre velis * *deamare*, Plaut. Pœn. V, 4, 3; * *demirari*, Cic. Att. XIV, 14; * *depugnare*, Hor. Epl. II, 1, 184; * *deprœliari*, Carm. I, 9, 11; * *delitigare*, A. poet. 94; * *decellere*, Lr. II, 219; * *deplexus*, V, 1321; * *demano*, Cat. LI, 10; Verg. * *desævire*, A. IV, 52[1]; * *detonare*, A. X, 809; Tib. I, 5, 14, *devenerari*.

EX

* EJACULARI. *Ejaculatur* aquas atque ictibus aera rumpit. IV, 124.

Cf. etiam VI, 259.

Fistula foramine undas longe jaculatur. Undæ e fistula erumpunt.

ELIMARE, graciles ex aere catenas. IV, 178.

Cf. Cic. Acad. II, 66.

* EXASPERARE. Ventorum rabies motis *exasperat* agris V, 7.

Cf. Liv. XXXVII, 13; XXXVIII, 17; XLII, 14, 26.

[1] Cf. Hor. Epl. I, 3, 14.

* EXSPATIARI. *Exspatiata* ruunt per apertos flumina campos, I, 285;

Cf. II, 202; XV, 454, quasi legeres: flumina ex spatiis suis egressa.

* EXSTIMULARE. *Exstimulata* fame mugitibus armentorum. V, 165.

Cf. VI, 459. Hic præpositio *ex* non addendi notionem habet, sed aliquantulum acuit.

Cf. eumdum Ovidium, * *emodulare*, Am. I, 1, 30; * *emoderari*, Rem. Am. 130.

Cf. Lucr. **excæstuo*, II, 1137; VI, 817; **explodere* IV, 712; * *exsiccare*, VI, 619; * *exspuere*, II, 1041; * *extentare* (extendo), III, 489; **exurere*, III, 930; V, 411.

Cf. Cat. * *ecfutuo*, VI, 13; * *expatro*, XXIX, 16.

Cf. Verg. **evincire*, B. VII, 32; A. V, 269, 364, 494, 774; VIII, 286; * *excernere*, G. III, 398; *exertare*, A. III, 425.

Cf. Hor. * *elatrare*, Epl. I, 18; 18; **emetere*, Epl. I, 6, 21.

IN

* INCALFACERE. Ictaque conjectos *incalfacit* hostia cultros. XV, 735.

Cf. Verg. * *increscere*, A. III, 46; * *indubitare*, VIII, 404; * *innectere*, A. IV, 51; * *inmurmurare* G. IV, 261; * *inrorare* G. I, 288; *insertare* A. II, 672; III, 304; **inspicare*, G. I, 292; **instrepere*, G. III, 230.

Cf. Hor. * *inæstuare*, Ep. XI, 5; * *incogitare*, Epl. II, 122; *insudare* * Serm. I, 4, 72.

* INMADESCERE. *Inmaduisse* ferunt calidumque animasse cruorem. I, 158.

Cf. VI, 396 : Cf. Trist. I, 9, 34 ; Stat. *Silv.* III, 1, 73.

* INSIBILARE.... Ubi trux *insibilat* Eurus. XV, 603.

Cf. Sil. II, 626; XII, 616.

Cf. Lr. * *imbibere*, III, 1010; VI, 72; * *incohibere*, III, 445, * *inurgeo*, V. 1033.

INSTIMULARE. *Instimulat* verbis veteremque resuscitat iram XIV, 495.

Cf. Supra *exstimulare* : cf. Verg. * *incudere*, G. I, 275; * *ingeminare*, G. I, 343, 411.

* INTUMESCERE *Intumuere* æstu. I, 419.

Cf. II, 508; V, 305; VIII, 582; X, 733. Cf. Plin.

Si partes corporis in vesica *intumuerint*. Cf. Verg. *indurescere*, G. III, 366 * *inolescere*; G. II, 77; *intepescere*. A. X. 569. Cf. Hor. *insenescere*, Epl. II, 2, 122.

Verbo *insibilare* excepto, in quo præpositio notionem addendi habet, in ceteris, vis præpositionis notionem *calfaciendi*, *instimulandi*, tantummodo aliquantulum acuit. *Inmadescere* et *intumescere* sunt pro verbis simplicibus.

INTER

* **Interserere.** Sic ait, ac mediis *interserit* oscula verbis. X, 559.

Cf. Claud. b. Get. 397:

Vilia dum gravibus populis *interserit* arma.

Lucretius adhibuit participium perfectum : *intersita* pomis, V, 1376. Cf. Verg. **intermiscere* B. X, 5; * *interlabi*, G. II, 349; *interfari*. A, I, 386; *internectere* A, VII, 816; *intertexere*, A. VIII, 167.

PER

(indicat actionem per verbum expressam omnino perfectam esse.)

* PERARO. Talia nequiquam *perarantem* plena reliquit IX, 564.

Cf. XIV, 96. Cf. *pererrare*, Verg. B. I, 62. Cf. Ov. A.a. III, 416 : * *perlatere*.

* PERMATURESCO. Nam color in pomo est, ubi *permaturuit*, ater. IV, 165.

Cf. Lr. **perfluctuare*, III, 21; Cat. **perflectere*. Cf. Hor. *permingere*, S. I, II, 44; **permolere*. S. I. 2 35, * *perpremere*. Epod. XVI, 35.

PRÆ

* PRÆCONSUMERE. Quam gerere atque suas ibi *præconsumere* vires. VII, 489.

Cf. Trist. IV, 6, 30.

* PRÆCONTRECTARE. Spectat eam Tereus *præcontrectat*que videndo. VI. 478.

* PRÆCORRUMPERE. Dum tamen hanc sperat, dum *præcorrumpere* donis XIV, 134.

Vide etiam IX, 295 :

Illa quidem venit, sed *præcorrupta* meumque.

* PRÆDELASSARE. Frangit et incursus quæ *prædelasset* aquarum. XI, 730.

* Præquestus. Multoque *præquestus* « tanges tamen æthera » dixit. IV, 251.

* Præsutus. Quæ foliis *præsuta* notam sine vulnere fecit. XI, 9.

Cf. Plin. XII, 96 : *præsuere* surculos recentibus coriis.

* Prætinctus. Semina mollit humus valido *prætincta* veneno. VII, 123.

* Prævitiare. Hunc dea *prævitiat* portentificisque venenis. XIV, 55.

Cf. Lr. * *præspargere*, V, 739.

Cf. Cat. * *prætrepidans*, XLVI, 7.

Cf. Verg. **prævenire*, Buc. VIII, 17; **præsciscere*, G. IV, 70 ; * *præfodere*, A, XI, 473; **prænatare*, A. VI, 705 ; (prænatat = præfluit).* *prævehi*, A. VII, 166;

Cf. Hor. *prælambere*, Serm. II, 6, 109.

Utitur etiam Ovidius hoc verbo *prænoscere*, XII, 86, quod jam apud Ciceronem invenitur, (de Div. I, 83.)

Omnibus illis verbis Ovidius temporis notionem per præpositionem *præ* inseruit.

* RECALFACERE. Cæde *recalfecit* consorti sanguine telum, VIII, 444.

Vide etiam Art. am. II, 445; cf. supra « incalfacere ».

* RECANDESCERE. Movit et audito clamore *recanduit* ira. III, 707.

Ovidius, qui de industria in quinto pede perfectum hujus verbi posuit, quater adhibuit *recanduit*, I, 435; IV, 530; VII, 78.

* REFORMO. Sed preme quicquid erit, dum quod fuit ante *reformet*. XI, 254.

* RELUCESCO (inchoativum verbum). Evicit nubes nullaque obstante *reluxit*, XIV, 769.

* REMOLIOR. Sæpe *remoliri* luctatur pondera terræ. V, 354.

* RESEMINARE. Una est quæ reparet seque ipsa *reseminet* ales, XV, 392.

Cf. apud Verg. verbum simplex:

> Fronde virere nova, quod non sua *seminat* arbos. VI, 206.

* RETEMPTARE. Mugiat, et timide verba intermissa *retemptat*. I, 745.

Cf. V, 117 ; XI, 792. In illis tribus versibus *retemptat* posuit Ovidius in sexto pede. At in his duobus versibus post primum vocabulum versus ejusdem verbi participia posuit :

Sæpe *retemptantem* totas refringere vestes. IX, 208
Sæpe *retemptatis* precibus Titania frustra. XIV, 382.

* Resequi. Talibus obscuram *resecuta est* Pallada dictis. VI, 36.

Cf. cum eodem sensu VIII, 863; XIII, 749.

Animadvertendum est in duobus illorum verborum, quibus particula « re » præposuit, audaciorem exstitisse Ovidium. Usurpat enim *reseminare*, sed singularis rei exprimendæ causa : « s'engendrer soi-même ». Agitur de ave illa quam « Assyrii Phænica vocant ». Præterea illius verbi usum, quamvis omnino insolens esse videatur, vocis « reparet » apposita similitudine excusari dixerim. Alterum verbum, *resequi*, ter adhibetur pro « prosequi », sequente vocabulo « dictis » aut « verbis » aut quolibet alio hujus generis, quod quidem usitatissimum est verbum.

Hæc verba cum particula *re* composita primum in poesin ab Ovidio inducta sunt:

Relanguescere. Inposito fratris moribunda *relanguit* ore. VI, 291.

Cf Cæs. de b. Gal. II, 15.

Remollescere. Atque ita « si precibus » dixerunt » numina justis,

Victa *remollescunt*. I. 378.

Cf. IX, 662; X, 285.

Cf. Cæs. b. Gal. IV, 2: ea re ad laborem ferendum *remollescere* homines atque effeminari.

Repurgare. Fusca *repurgato* fngiebant nubila cælo. V, 286.

Vide etiam XIV, 603. Cf. Liv. XLIV, 4: præmissis qui *repurgarent*.

Restagnare. Quam restagnantis facit maris unda paludem. XI, 364.

Cf. Liv. XLIV, 6: ostium late restagnans.

Revirescere. Arte suum parili *revirescere* posse parentem. VII, 305.

Cf. Cic. Prov. C. IV.

Ovidius in aliis quibusdam operibus adhibet *respergere* Epl. VII, 128; *resævire*, bis compositum, Trist. I, 1, 103.

Cf. Lucr. * *reboare*, II, 28; * *recellere*, VI, 573; * *receptare*, III, 504, II, 1001; * *reconflare*, IV, 928; * *redhalare*, VI, 523; * *rejectare*, II, 328; * *renidere*, postea usitatissimum, II, 27; *renidescere* * II, 326 * *renutare* IV, 602; * *reventare*, III, 1074; * *revincere* (ἀντινικᾶν.), passim; *revincire*, V, 544.

Cf. Cat. * *retonare*, LXIII, 82; * *recrepare* LXIII, 23; * *reglutinare*, XXV, 9. Cf. Verg. * *refluere*, G. IV, 262; * *recalere*, A. XII, 35; * *recingere*, A. IV, 518; * *recutere*, A. II, 52; * *remurmurare*, A. X, 291; * *renarrare*, III, 717; * *repercutere*, A. VIII, 23; * *resplendere*, A. XII, 741. Cf. Hor. * *recantare*, Carm. I, 16, 27; * *recalcitrare*, Serm. II, 1, 10; * *redonare*, Carm. II, 7, 3; III, 3, 33; * *remordere*, Epod. 7, 4; * *reclamare*, Epist. I, 17, 62.

SUB

SUBSTRINGERE. Et *substricta* gerens Sycioniusilia Ladon. III, 216.

Quem mare carpentem *substricta*que crura gerentem. XI, 752.

Ovidius participium illius verbi unus adhibet, neque ullius poetæ sive ante sive post illum ullum exemplum superest.

CAPUT QUARTUM

DE ADVERBIO

Pauca admodum sunt de adverbiis dicenda. Hæc autem, quæ sum enumeraturus, tribus tantummodo exceptis quæ Ovidio propria esse mihi videntur, in soluta oratione, non in poesi usurpata sunt. Ovidius enim adhibere non dubitavit adverbia in-*ter* desinentia, ab adjectivis in-*lis* ducta, multo audacius quam Vergilius et Horatius. Vergilius autem magister plerumque pro adverbiis in-*ter* usurpat adjectiva generis *neutrius* dicti comparativo gradu. At Ovidius formam in-*ter* adamavit, sine ullo dubio propter quinti pedis dactyli necessitatem.

Hæc adverbia in-*ter* Ovidio propria sunt :

Genialiter XI, 95 ; Cf. Apul. Met. X, 16.

Junenaliter VII, 805. Vide etiam X, 675. Cf. Ars. am. III, 793; Trist. II, 117. Reperies *juveniliter* apud Cic., de Sen., 10.

Velociter IV, 509, saltem positive. Apud Cæs. et Cic. legitur *velocissime*.

Sequitur ut adverbia enarrem, quibus Ovidius præter poetarum consuetudinem usus est:

A. *Adverbia in*–ter *desinentia ab adjectivis in*-is *exeuntibus*, in quinto pede.

CIVILITER. Exercet memores plus quam *civiliter* iras XII 578.

Cf. Cic. de Div. VIII, 14.

FATALITER. Troës et Hectorea primus *fataliter* hasta, XII, 67;

usurpatum a Cicerone atque a Tacito.

HOSTILITER. Vulnerat armentum sternitque *hostiliter*, omne. XI, 372;

Cf. XIV, 68. cf. Liv. XXXVII, 17: *hostiliter* depopulari.

REGALITER...... Precibusque minas *regaliter* addit. II, 397.

Cf. Liv. XLII, 51: centum hostiis sacrificium *regaliter* Minervæ conficere.

b. adverbia in-ter *desinentia ab adjectivis in*-*ens et in*–ax, in quarto pede.

DEMENTER. Tabuit ex illo *dementer* amoribus usa. IV, 259.

Cf. Cic. Cat. III, 22.

FALLACITER...... *Fallaciter* omnia transit. XI, 643.

Cf. Cic. de off. III, 68.

Ovidius primus in versibus condendis adverbiis usus est, tantummodo prosæ orationi convenientibus, ut *actutum*, III, 557; *junctim*, XI, 749; *tantummodo*, VII, 743; *verumtamen*, IX, 965.

Inveniuntur denique comparativa adverbiorum *inpensius*, VIII, 323; *moderatius*, I, 510,511; *sollertius*, XIV, 624; *temperius* IV,198.

CONCLUSIO

Jam nunc quæ in hac disputatione disserui breviter contrahere tempus est. Aggredienti mihi de sermonis ovidiani novitate quod ad quædam vocabula attinet, pauca scribere consilium fuit ut quæ priorum inventis, beatissima ingenii ubertate, Ovidius ipse addidisset explanarem. In hanc igitur thesin vocabula attuli quæ ab Ovidio ficta esse dicere non audeam, sed quibus nove usus esse videtur. Equidem fateri non dubito fieri posse ut nonnulla ex iis vocabulis quæ ab Ovidio inventa esse arbitrer jam a prioribus quibusdam adhibita sint, quorum aut ne unus quidem liber superfuerit aut opera quædam alia usque ad nos non pervenerint. Constat tamen nusquam nisi apud Ovidium vocabula a me allata inveniri posse. Ea igitur in unum locum recolligi et ad genera sua revocari haud inutile fore putavi.

Qui magnum nomen in scriptoribus habent duobus, ut ita dicam, sermonibus uti solent : alterius quidem, qui in usu omnibus est, certis legibus et ipsi parent; alter vero iis est proprius ac pecu-

liaris, quo utentes a consuetudine deflectunt. Cornelius Nepos aut Quintus Curtius aut quivis alius ejusdem ordinis in prosa oratione, in poesi autem Silius Italicus aut Statius nihil habent quo emineant, quippe qui magistros dicendi studeant imitari. Quare hos secundum locum obtinere merito dicitur. Unde fit ut qui eorum opera perspicere volet legentes tantummodo detinere possit, si docuerit quo modo exemplaria imitatione assecuti sint. Ovidius autem iis longe superior exstitit. Quin imo quum primæ notæ poetis annumerandus esse fere semper visus sit, quæstionum quæ ad illum pertinent nulla omnino tenuis dici potest. Itaque haud ineptum mihi visum est nova vocabula enumerare quorum in Metamorphoseon libris parum parcus fuit : quæ quidem ad certa quædam genera revocare potui. Atque, ut supra dictum est, pleraque novorum illorum vocabulorum ad decursum versuum dactylicorum eleganter adjuvandum excogitata et applicata sunt.

Ovidius, longo post intervallo a Vergilio, secundus tamen, optimis artibus eruditus, subtili ingenio et acuto præditus, epos latinum digne scripsit. Vergilii exemplo, fontibus omnino latinis neglectis, a græco flumine quasdam cogitationes et quædam vocabula hausit. Orationem ad poesin aptam ele-

ganter perpolivit ita ut novam ac certam normam arti proponeret qua vocabulorum delectum, structuram, ornatum ad suum judicium accommodavit. Denique ut poeseos ars, quum Ovidius versus condere incepit, ad elegantiam consummatam, Vergilio auctore, pervenerat, ita, Ovidio adjuvante, nihil perdidit. Itaque si cui concedetur ut nova vocabula fingat, nemo, aut ego fallor, dignior erit tali honore quam Vergilius aut Horatius aut Ovidius. Viris illis semper licuit latinum sermonem ita flectere ut novis vocabulis adhibitis novæ cogitationes explicarentur. Nil igitur mirum est si Ovidii lingua sermonem patrium ditaverit

..........................et nova rerum
Nomina protulerit.

In primo capite hujus libri *substantiva nomina* enumeravi, quæ propria Ovidio ac peculiaria dici possunt et alia quæ jam in prosa oratione adhibita, primum ab Ovidio in poesin inducta sunt, scilicet nomina in-*tor* et in-*trix*, in-*men*, in-*tas*, in-*tura*, in-*us*, in-*tudo*, deinde nomina ex alio nomine et radice verbi composita, denique nomina appellativa e græco fonte detorta et nomina propria e græco sermone in latinum integra translata. Nomina substantiva in-*tor* et in-*trix* exeuntia in duo genera dividimus: 1° quæ inhærentem homini qualitatem

exprimunt ; 2° quæ transitoriam actionem exprimunt. Priora quidem adamussim ficta sunt. At in posterioribus jam apud Ovidium sermonis latini in deterius vergentis signa deprehenduntur. Quod maximi in hoc capite momenti est commemoravimus.

Alterum caput ad adjectiva nomina spectat. Recensa sunt adjectiva nomina in-*bilis*, adjectiva verbalia composita ex præpositione et syllaba *in* quæ vim negationis habet, adjectiva nomina in-*alis*, *aris*, *eus*, *idus*, *osus*, *ticus*, *rius* desinentia, adjectiva composita: 1° ex alio adjectivo et præpositione, 2° ex nomine substantivo et verbi radice, ex quibus abundant quæ in-*fer* et in-*ger* exeunt, radice *fer* ad sensum proprium aut translatum, radice autem *ger* ad sensum proprium, pertinente. Restant adjectiva ex duobus nominibus substantivis composita.

In tertio capite, de simplicibus verbis quæ ex substantivis aut adjectivis nominibus composita sunt necdum ante Ovidium in poesi erant usurpata, deinde de verbis compositis ex simplici verbo et præpositionibus *ab*, *ad*, *circum*, *cum*, *de*, *ex*, *in*, *inter*, *per*, *præ*, *re*, *sub* dictum est.

In quarto et ultimo capite adverbia attulimus,

quibus Ovidius præter poetarum consuetudinem usus est.

Denique in tota hac thesi cum prioribus aut paribus poetis Lucretio, Catullo, Vergilio, Horatio, Tibullo, Propertio Ovidium comparandum curavimus.

FINIS

Vidi ac perlegi,
Lutetiæ Parisiorum, in Sorbona,
a. d. VIII kalendas april. ann. MDCCCLXXXV,

Facultatis Litterarum in Academia Parisiensi Decanus,
A. HIMLY.

Typis mandetur,
Academiæ Parisiensis Rector,
GRÉARD.

INDEX

VOCABULORUM NOVORUM IN METAMORPHOSESI [1]

1. Asterico notavimus vocabula quæ nobis ab Ovidio causa versuum necessitati satisfaciendi adhibita esse visa sunt.

INDEX RERUM

Imp. de la Soc. de Typ. - NOIZETTE, 8, r. Campagne-Première. Paris.

EMENDATIONES

In p. 2, in linea 5, post *Aurelii,* lege : *Propertii.*
In p. 3, in linea 11, vocabulo *scilicet* adde , .
In p. 7, in linea 1, his vocabulis *infra commemorabimus* adde , .
In p. p. 9, 19, 22, 36, 43, 54, 64, 83, 129, in nota 1, et in p. 70, in nota 2, pro *asterico*, lege : *asterisco.*
In p. 11, in linea 8, pro HORTAROR, lege : HORTATOR.
In p. 14, in nota I, pro *Rollando,* lege *Rostando.*
In p. 17, in linea 16, his vocabulis *vocamen*, II, 657, pro lege , .
In p. 33, in linea 7, lege in uno eodemque vocabulo δεξιτερῇ.
In p. 34, non vero in p. 32, lege notam I.
In p. 35, in linea 2, pro *Micale*, lege : *Mycale.*
In p. 38, in linea 7, pro *frustra invenias*, lege : *haud invenias.*
In p. 43, in nota I, pro *nodum*, lege : *nondum.*
In p. 49, in linea 17, pro *Symplegadās elisarum*, lege : *Symplegadăs elisarum.*
In p. 53, in linea 13, pro *præcique*, lege : *præcipue.*
In p. 57, in linea 3, pro *primo*, lege : *primum.*
In p. 61, in nota I, pro *Hic affero*, lege : *Huc affero.*
In p. 64, in nota 2, in linea 3, pro *ab ulcere ductus*, lege : *ab ulcere ductum.*
In p. 66, in linea 20, pro *Pitthues*, lege : *Pittheus.*
In p. 69, in nota I, pro *Hic afferam*, lege : *Huc afferam.*
In p. 82, in linea 14, post *Ovidius Armiger*, adde : *adhibet.*
In p. 90, in linea 1, pro *lina*, lege : *lino.*
In p. 93, in linea 10, pro *quæ apud priores invenies*, lege : *quas apud priores invenies.*
In p. 97, in ultima linea, pro διπλόυς, lege διπλοῦς.
In p. 103, in prima linea, pro *ampullar*, lege : *ampullari.*
In p. 103, in linea 9, pro *ve-sanire*, lege : *ve-saniens.*
In p. 103, in linea 15, pro D, lege : C.
In p. 115, in linea 16, pro *apposita*, lege : *appositæ.*
In p. 121, in linea 9, pro *comparativa*, lege : *comparativi.*
In p. 126, in ultima linea, pro *In quarto et ultimo capite*, lege : *In quartum et ultimum caput.*
In p. 130, (E), pro ENIPPE, lege : EUIPPE.
In p. 131, (L), pro LITCSOUNUS, lege : LUCTISONUS.
In p. 131, (M), pro MAGN ILOQUUS, lege : MAGNILOQUUS.